Q. F. 61

3 K / 27

REMISSIONES DOCTORVM DE DICTIONIBVS, ET CLAVSVLIS IN VTROQVE IVRE CONTENTIS.

Auctore

AVGVSTINO BARBOSA
I. V. D. LVSITANO,
ET INSIGNIS ECCLESIAE VIMARANENSIS
Theſaurario Maiori.



ALESSANDRINA

ROMAE, Apud Hæredem Bartholomæi Zannetti. 1621.
SVPERIORVM PERMISSV.

Ex legato Iosephi Carpani I.V.D.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

P. Epiſcopus de Curte Viceſger.

Approbatio Operis.

EGo Petrus Albertinus, in Almæ Vrbis Gymnaſio Pontificij Iuris publicus, ac primarius Profeſſor, de mandato Reuerendiſſimi P. F. Hyacinti Petronij, Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri perlegi, ac recenſui diligenter librum hunc inſcriptum: *Remiſſiones Doctorum de Dictionibus, & Clauſulis in vtroque Iure contentis*, D. Auguſtini Barboſæ I. V. D. Luſitani, &c. Nihilq. in eo reperi, quod vel bonis moribus, vel Religioni aduerſetur, quinimo ob doctrinam, ac eruditionem in eodem contentam dignum exiſtimo, vt ad publicam vtilitatem typis mandetur: in quorum fidem hæc propria manu ſubſcripſi. Romæ die 26. Aprilis 1621.

Petrus Albertinus, qui ſupra, manu propria.

Imprimatur

Fr. Hyacinthus Petronius Ord. Prædic. Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

IOANNI GARSIAE

TIT. SS. QVATVOR CORON.

S. R. E. PRESBYTERO

CARDINALI MILLINO,

AC S. D. N. PAPÆ VICARIO, &c.

INTER frequentes, Illuſtriſſime Princeps, & fere quotidianas mearum lucubrationum intermiſſiones quamplurimas vtriuſque iuris dictiones, & clauſulas litterario ordine, & methodo ſingulari in ſtudioſorum gratiam colligere operæ pretium duxi. Conceptis his fœtibus, quos difficili ſane parturiens puerperio obſtetricante tandem labore pepereram, Tibi inſcribendos duxi. Noui enim propenſiorem tuum in litteratos animum, tuarum laudum præconem optimum, quo illos ſub tuo præſidio, & clientela benigne refoues; nam inter omnes Chriſtianorum Dynaſtas ſolus es mihi viſus, cui omnia mea opera, & me ipſum iure optimo deuoueam, & ad te ipſum perexiguo hoc, & qualicunque munuſculo veneraturus accedam. Illud vero laboris mei non vulgare præmium ſemper exiſtimabo, quod tu natalibus, & dignitate tantus Princeps coram Illuſtriſſimis D.D. Cardinalibus ſcripta alia mea honorifice laudaſti, atque ita pro regia tua humanita-

te mihi animum feciſti, vt alacrius ac maiori ſpe ad alia vulganda pergerem. Non deerunt qui mihi audacis temeritatis labeculam aſpergant, quod ſub te tali, & tanto Theſeo hic meæ mentis partus informis ſcilicet, & infirmus in publicum prodire auſus ſit: ſed ea eſt tui nominis amplitudo, ea tuæ ſummæ eruditionis late peruulgata opinio, ea denique in ſtudioſos humanitas, & modeſtia, vt libellus hic in lucem emittendus illico ſe ad tuos lares ſua ſponte reciperet. Cum igitur per te dignitatem, ac beneficia mihi collata accepiſſem, & nihil aliud præ manibus haberem, quam hanc primam huius Curiæ haud integri anni fœturam, tuis foribus ſuſpendo, fideliſſimæ ſeruitutis, ac ſummæ obſeruantiæ meæ in celſitudinem tuam ſignum, & teſtimonium. Paruum quidem munuſculum fateor, ſed à magno animo proficiſcitur; vt teſter hominibus obſeruantiam erga te meam. maiora cito ſubſequentur, ſi hoc non ingratum tibi fuiſſe perſpexero. Vale. Romæ 4. Iulij 1621.

Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ

Minimus, at obſequentiſſimus ſeruus

Auguſtinus Barboſa.

Ad

Ad Lectorem iuris ſtudioſum.

ETSI ingenioſo legum profeſſori neque multitudine librorum, neque Doctorum copia opus eſſe videatur, quia tamen plerumque delectat multorum videre ſententias, maximam in acquirendis Doctoribus, varijsq. eorum tractatibus allegandis curam adhibuimus, cum pleniſſima ſemper recentiorum allegatio ſpatioſam oſtendat in materijs viam. Amœnioribus litteris dum in pueritia inuigilarem, manſuetioresq. muſas dum ſedulo excolerem, non dum habens decimum octauum ætatis meæ annum, Brachar enſi in ciuitate typis mandaui dictionarium quoddam Luſitanicolatinum optimis probatisq. doctiſſimorum ſcriptorum teſtimonijs perutili quadam expoſitione locupletatum, opus ſane latini candoris amatoribus haud inutile. Poſtea vero in Conimbricenſi Academia dum Pontificij iuris profeſſor extitiſſem, Doctorum allegationes ſumma diligentia, & longis vigilijs productas aliquibus Sacri Concilij Tridentini decretis fideliter diſtribuendas curaui, & opinatiſſimos, ac eminentiores iuris vtriuſque ſcribentes nuda tantum locorum oſtenſione inſerui. Deinde ad ciuilia, & criminalia aliquatenus diuertens in lucem edidi caſtigationes, & additamenta ad commentaria doctiſſimi parenti mei ſuper Ordinationes Regias Luſitanorum, in quibus prætermiſſæ Doctorum reſolutiones, & nonnullæ rerum ciuilium, ac criminalium in Senatu Supplicationis tractatarum deciſiones dilucide continentur, & ſuis in locis ſuccincte adaptantur. Cum denique Romanæ Curiæ ſty-

lum expeditis negotijs ediſcere in votis eſſet, illam libenter petiui, vbi à Domino meo Illuſtriſſimo Cardinale Millino benigne acceptus, innumeriſq. beneficijs in me collatis ſub eius præſidio libellus hic in lucem prodit: vberiores tamen fructus in publicum edere promitto, Remiſſiones ſcilicet Doctorum in ſingulos textus, & gloſſas iuris Canonici, in quibus circa iurium, & gloſſarum intellectus omnes vtriuſque iuris Doctores qui inueniri potuerunt fideliter cumulantur, ſuccincte, & dilucide explicantur, quæ iam apud Illuſtriſſ. D. Coccinum Rotæ Decanum recognita typis mandantur, in cuius bibliotheca totius Curiæ celeberrima multa tranſcripſi, ad quæ propter exiguam facultatis meæ ſupellectilem attendere non poteram. Elaboratiſſimum denuo præ manibus habeo variarum reſolutionum tractatum, ac repertorium quoddam totius iuris ciuilis, & canonici, vbi quidquid in iure, & in praxi deciſum, & reſolutum quæras, alphabetico ordine, magna Doctorum copia dictante, facillime inuenies, rem non minus vtilem quam neceſſariam in forenſibus controuerſijs, & academicis agonibus verſantibus, vbi quæ alibi ſparſim magno cum labore quæruntur luculentiſſime collecta inuenientur. Accipe ergo, ſtudioſe Lector, hilari fronte hæc pauca, quæ tuæ vtilitati inſeruiunt, atque in poſterum, Deo annuente, promiſſa ad publicum commodum exſpectato.

IN-

INDEX DICTIONVM,

Quæ in his Remiſsionibus continentur.

A

A vel Ab pag. 1
Abſque 3
Ac 3
Ac etiam 4
Atſi 4
Accipere 4
Ad 4
Admoneo 6
Aeque 40
Alias 6
Alioquin 7
Aliquando 7
Aliquandiu 7
Aliquatenus 8
Aliquis 8
Aliquo modo 9
Aliter atque 9
Alius 10
Alleluia 11
Alter 12
Amen 12
Amittat 13
Amodo 13
Amplius 13
Ante 14
Antea 15
Antedictus 15
Antequam 15
Apprehendere 16
Approbare 16
Apud 16
Aſſidue 16
Aſſignauit 17
Atque 17
Atqui 17
Auferre 18
Aut 18
Autem 19

B

Bene 20

C

Cadat 20
Careat 20
Cætera 20
Caſſare 20
Caſus,caſu quo 21
Celeriter 21
Circa 21
Citra 22
Clam 23
Commodo 24
Committimus 24
Commode 24
Concedo 24
Concorditer 24
Confeſtim 25
Conſtiterit 25
Continuo 25
Conuenit 26
Coram 26
Creditur 26
Cuique 27
Cum 27

D

De 28
Debet 29
De cætero 30
Decernimus 30
Declaramus 31
Defendere 31
Deinde 32
Deinceps 32
Demum 32
Deponatur 33
Ductus 33
Diſponere 33
Diu 34
Diutius 34
Do 35
Donec 35
Dono 36
Dudum 36
Dum 37
Dummodo 37
Dumtamen 38
Dumtaxat 38

E

Ea 39
Eadem 39

Ea

INDEX DICTIONVM.

Ea propter 39
Eijcere 40
Eius 40
Eo amplius 40
Eo caſu 40
Eſſe 41
Ergo 41
Et 41
Et cætera 45
Etiam 46
Etſi 47
Et ſic 48
Ex 48
Excommunicetur 50
Exinde 50
Ex nunc 50
Ex tunc 50. & 51
Expellatur 52
Ex poſt 52
Extra 52

F

Fere 53
Fiat 53
Forſan, Forſitan, Fortaſſis 53
Fruſtra 55

H

Habeat 55
Hactenus 55
Haud 56
Hic 56
Hinc 56
Hoc amplius 56
Hoc ipſo 57
Hodie 57
Huiuſmodi 57

I

Iam 58
Idcirco 58
Idem 58
Ideo 59
Ideſt 59
Ille 59
Illicite 60
Igitur 60
Illico 60
Immediate 60
Imo 61
In 61
In circa 65
Incontinenti 66
Incurrat 67
Inde 67
Indulgemus 68
Ineſt 68
Infra 68
Infraſcriptum 69
In infinitum 69
Inſuper 69
Inſtar 70
Integrum 70
Intelligitur 71
Inter 71
Interdiu 71
Interdum 72
Interim 72
Intra 72
Inuicem 73
Ipſe 73
Ipſo iure, ipſo facto pag. 74
Ita 75
Ita demum 75
Itaque 75
Ita quod 76
Ita tamen 76
Itaut 77
Item 77
Iterum 78
Iuxta 78

L

Legitime 79
Lego 80
Libere 80
Licet 82

M

Magis 82
Mandare 82
Maxime 83
Meus 84
Minime 84
Modo 84
Moneat 84
Mox 84
Multi 86

N

Naamque 86
Ne 86
Nec 86
Necnon 87
Nemo 87
Nequaquam 87
Neque 87
Nihil 87
Nihilominus 88
Niſi 88
Nominatim 89
Non aliter 90
Nonniſi 90
Nonnunquam 90
Non ſemper 90

Nos 90
Nullatenus 91
Nullius momenti 91
Nullo modo 92
Nullus 92
Nunc 93
Nunquam 93
Nuſquam 93

O

OB 93
Obtinuit 94
Occupare 94
Occaſio 94
Olim 95
Omnimoda 95
Omnimodo 95
Omnino 96
Omnis 97
Oportet 98

P

PAlam 98
Pariter 98
Pene 99
Penitus 99
Per 100
Perinde 101
Per omnia 101
Perpetuo 101
Perſona 103
Perſuadeo 103
Pertinere 103
Placere 103
Plene 104
Pleno iure 104
Plerumque 104
Pluries 105
Plus 105
Poſſum 106
Poſt 107.& 108
Poſtea 107.& 109
Poſtquam 109
Præcepit 109
Præcipue 110
Præciſe 110
Prædicti 110
Præſertim 111
Præſumere 111
Præter 112
Præterea 113
Principaliter 113
Priuetur 113
Prius 113
Pró 114
Prohibemus 114
Proinde 115
Promiſit 115
Prope 115
Propter 116
Própterea 116
Prórſus 116
Protinus 116
Prout 117
Proxime 118
Publice 118

Q

QValitercumque 119
Quam 119
Quamdiu 120
Quando 120
Quandocunque 120
Quandoque 121
Quantus 121
Quamuis 121
Quarumcumque 122
Quaſi 122
Quatenus 123
Quemadmodum 123
Quæque 124
Quia 124
Quibuſcunque 124
Quibuſuis 125
Quicquid 126
Quicunque 126
Quid 128
Quilibet 128
Quinimo 129
Quis 129
Quiſque 130
Quiſquis 130
Quoad 131
Quod 131
Quodammodo 132
Quodcunque 132
Quolibet 132
Quomodocunque 133
Quomodolibet 133
Quondam 134
Quoniam 134
Quoque 134
Quoquo modo 135
Quot 136
Quoties 136
Quotieſcunque 137
Quotidie 137
Quouis modo 138
Quouſque 138

R

RAta 138
Realiter 138
Recipere 139
Recte 139
Reddas 139
Relinquo 140
Reſiduum 140

Reſpondere 141
Reſtituere 141
Rogo 141
Rurſus 141

S

Saltem 141
Saluo 142
Scilicet 143
Secundum 143
Secus 144
Sed 144
Semper 144
Sæpe 146
Seu 147
Si 148
Sic 149
Sicut 149
Similiter 149
Simpliciter 150
Simul 150
Sin autem 151
Sine 151
Singulis 151
Siquis 151
Sit 152
Siue 152
Solitus 153
Soluere 153
Solum 153
Solummodo 154
Solus 154
Specialiter 154
Spolietur 155
Sponte 155
Statim 155
Statuimus 156
Sub 156
Subiaceo 157
Subito 157
Subſequenter 157
Succedat 157
Sum 157
Super 158
Supra 159
Suſpendatur 160
Suus 160

T

Taliter 160
Tam & quam 161
Tamen 161
Tanquam 162
Tantum 162
Teneatur 164
Totaliter 164
Toties quoties 165
Totum 165
Tradere 167
Tu 168
Tunc 166

V

Vbi 168
Vbicumque 168
Ve 168
Vel 169
Vel circa 170
Veluti 170
Vendere 170
Vere 171
Vero 171
Verſus 171
Viciſſim 172
Videlicet 172
Videtur 173
Vindicare 173
Vix 173
Vlterius 174
Vltra 174
Vltro 175
Vllus 175
Vna 176
Vnde 176
Volo 176
Vſque 177
Vſquequo 179
Vt 179
Vt infra 181
Vt ſupra 181
Vterque 182
Vtique 182

INDEX

INDEX CLAVSVLARVM,

Quæ in his Remiſsionibus continentur.

A

ACtum pag: 183
Acceſſoria 276
Accidentalis 276
Ad beneplacitum 184
Ad habendum 184
Ad libitum ſuæ voluntatis 185
Amoto quolibet illicito detentore. 186
Anteferri volumus 187
Appellatione remota 188
Arbitrio Rotæ 191
Auctoritate noſtra 191

C

CAſu quo 192
Codicillaris 192
Compareas ſi tua putaueris intereſſe 196
Conſcientiam tuam oneramus 196
Conſtituti 197
Conſueta 275
Contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo 200
Cum annexis & connexis 201
Cum plena, & libera adminiſtratione 201
Conſtito 207

D

DEcreti irritantis 275
De plenitudine poteſtatis 207
Depoſitaria 277
Derogatoria 278
Dummodo alteri non ſit ius quæſitum 211
Dummodo eorũ diſpoſitio ad nos hac vice pertineat 211

E

ETiamſi generaliter, vel ſpecialiter ſit reſeruatum 211
Et quibus dederit 212
Et ſi plus valet donat 212
Ex certa ſcientia 213
Executiua 280
Ex nunc prout ex tunc 216

G

GEneralis 280

H

HAbita vel non habita poſſeſſione 217
Hac tamen lege & conditione 217
Hæredibus & ſucceſſoribus 218

In-

I

INducatis in poſſeſſionem & manuteneatis 219
In fine poſita 282
In medio poſita 282
Iu omnibus & per omnia 219
In principio poſita 281
In rem ſuam 219
Inſolidum 220
Inſolita 285
In ſtyrpes 221
Interpretanda 286
Ius & iuſtitiam miniſtrari 221

M

MAnu regia 223
Motuproprio 223

N

NEmine diſcrepante 226
Non aliàs non aliter nec alio modo 227
Non obſtante collatione alteri facta 229
Non obſtante quauis conceſſione alteri facta 229
Non obſtante quacunque præſcriptione 229
Non obſtantibus 230
Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs 230
Non obſtantibus quibuſcunque legibus & conſtitutionibus 232
Non obſtantibus quibuſcunque pactis 233
Non obſtantibus ſtatutis Eccleſiæ 233
Non ſe adſtringens niſi ad neceſſaria tantum 233
Nullo modo 234
Nunc & pro tempore 234

O

OMnia & ſingula 234
Omni meliori modo 235

P

PArito breui 238
Parito iudicato 240
Per ceſſum vel deceſſum 240
Perinde valere 241
Per omnia 241
Pleno iure 242
Præcedens 287
Pro expreſſis habentes 242
Pro maiori ſeu potiori cautela 244
Promittens habere ratum & non contrafacere vel contrauenire 246
Pro ſe & filijs 244
Pro ſe & ſuis 246
Pro ſe & hæredibus 246
Proteſtatur pro expenſis 247
Prout de iure 247

Q

QVam & quas 248
Quantum ſibi videbitur 249
Quæ duxeris acceptandum 249
Quorum tenores 249
Quouis modo 250

R

RAtioni congruit 251
Rato manente pacto 252
Rebus ſic ſtantibus 252
Recuſatione remota 253
Refectis expenſis 256
Renuntians omni legum auxilio 253
Repetita 288
Reſeruans dominium 256
Reſeruans omne ius 257
Reſeruato beneplacito Sanctæ Sedis Apoſt. 257

S

SAlua gradus prærogatiua 257
Saluo conſenſu domini 258
Saluo iure 258
Saluo iure addendi mutandi corrigendi 259
Saluo iure impertinentium, & non admittendorum 259
Sequens 288
Seruatis ſeruandis 260
Si conſtiterit 260
Si & in quantum de iure debet fieri 260
Si ita eſt 261
Sine aliqua exceptione 261
Sine præiuditio 262
Sine præiuditio venientium ab inteſtato &c. 262
Sine retardatione ſolutionis penſionis 263
Singula ſingulis congrue referendo 264
Si neutri 264
Si non valet &c. 265
Si preces veritate nitantur 265
Si reperitur idoneus 266
Si qua mihi iuſta cauſa 267
Si ſenſeris te grauatum 267
Sola facti veritate inſpecta 268
Specialis 288
Sublata 202
Summarie, ſimpliciter &c. 271
Supplentes omnes defectus 272

T

TRansferendi 273
Tunc & eo caſu 273

V

VNiuerſalis 288
Vocatis vocandis 274
Vſque ad tertiam generationem 275

AVGVSTINI BARBOSAE
PRESBYTERI VIMARANENSIS
REMISSIONES DOCTORVM DE DICTIONIBVS.

DICTIO PRIMA.
A, vel Ab.

1 DIctiones iſtæ regulariter excludũt, & denotant terminum à quo, quia ſuapte natura ſunt excluſiuæ, & ſeparatiuæ. reſoluunt *Tiraq. de Retract.lig.§.1.gloſ.11. n.51. cum ſeqq. Rota diuerſ.p.1. deciſ.710.n.4. & p.2.deciſ.705. n.2. Magon. Florentin. deciſ. 8. n.7.verſ.Et maxime ſi terminus. Rebuff. in comment. ad tit. ff. de verb.ſignificat. in l. 125. verſ. Ab eo pag. mihi* 482. *Coſm. in pragmaticis ſanction. tit. de collation. §. videlicet verbo A. pag.* 231. *Octauianus Vulpellius de præpoſit. aduerb. & coniunct. ſignificat. in dict. A. n. 6. pag. 2. Stephan.Grat.Marchiæ dec.124. n.4. & diſceptat.forenſ.cap.161. n.5.Aloyſ.Ricci.in collectan.deci. p.2.collect.389.Sigiſmund.Scaccia de appellat.q.12.n.57.*

2 Vnde ſtante ſtatuto, vt à pulſu campanę de ſero nullus incedat cum armis, vel vadat per vicos ſub certa pœna; ſtatutum illud eſt intelligendum poſt finitum pulſum campanæ, *Stephan. Gratian. d.cap.161.n.23.* Lex autem Hiſpanię *6.tit.6.lib.6.nouæ Recopil.* quæ prohibet arma

portari de nocte, non loquitur per dictas dictiones A, vel Ab. Sed dicit quod poſt pulſatam campanam quieris arma nō deferantur. Ita etiam apud noſtros Luſitanos ſancitum eſt per *Ordinat. Regiam lib. 5. tit. 79. in princip. ibi, depois de ſino recolher.*

3 Deinde quando venditio facta fuit à quercu ad oliuam, quercus in ea non comprehenditur, teſte Baldo, quem refert, & ſequitur *Octauian. Vulpell. d. tract. in dict. A. n. 1.*

4 Ita etiam quando diſpoſitio, quæ tempus ſtatuit, proponit huiuſmodi dictiones, ex quo terminus ſtatuitur, verbi gratia, à die cōtractus, ab appellationis die, à die notificationis; tunc dies termini non computatur in termino; ita tenent *Rebuff. d. l. 125. verſ. ab eo. Gutier. practic. lib. 2. q. 154. n. 2. Flamin. de Reſignat. lib. 12. q. 8. n. 8. Stephan. Grat. d. deciſ. 124. n. 3. Octauian. Vulpell. d. tract. dict. A. n. 6. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 238. n. 10. Cened. practicarum, & Canon. quæſt. in ſingul. dictionum ſing. 1. à n. 11.*

5 Si tamen aliud materia ſubiecta poſtulauerit, vel natura contractus, aut mens diſponentium, ſeu fauor, aut odium perſuadeat, vel vt euitetur abſurdū, vel correctio, ſtabunt incluſiue. *Tiraq. d. gloſ. 11. n. 33. cum ſeqq. Rota d. deciſ. 705. à n. 3. Aloyſ. Ricci. d. collect. 389. Steph. Grat. d. cap. 161. n. 21. Cened. d. ſing. 1. à n. 13. Cardin. Tuſch. d. concluſ. 238. n. 7.* & *n. 9.* dicit quod iſtæ dictiones ſemper includunt terminum à quo, quando iunguntur termino, qui ponitur incluſiue.

6 Hinc fit quod quādo tractatur de magno præiudicio vnius, & magno commodo alterius, fit interpretatio in fauorem eius, qui tractat de damno vitando, & vt termini, & probationes nimis non reſtringantur, vt aſſerit *Octauian. Vulpell. dict. A. n. 6.* Ex quibus facile inuenies rationem, quare ſtante ſtatuto, vt à pulſu campanæ de nocte nullus incedat cum armis, vel vadat per vicos ſub certa pœna, ſtatutum illud eſt intelligendum excluſiue, poſt finitum, ſcilicet, pulſum campanæ; & ſtante alio ſtatuto, vt à pulſu cāpanæ de mane quilibet poſſet incedere cum armis, vel exire, eſt intelligendum incluſiue? Et non eſt alia ratio, niſi quia prior ſtatuti diſpoſitio eſt odioſa, tendens ad condemnationem & pœnam, poſterior vero ſanctio eſt fauorabilis, abſoluens,

uens,& in libertatē quodammodo redigens.ex Ioann. Ferrar. in ſua praxi in forma capituli,quādo teſtes producantur ad æternā rei memoriam, refert *Stephan. Gratian. d.cap.*161.*n.*23.

7 Dictio, Ab, aliquando, ponitur pro, Poſt, vt probat *gloſ.* 1. *in fine in l.Nemine C.de decurion.lib.*10. *Surd.deciſ.*282.*n.*8. *Stephan. Grat. d. cap.*161. *n.* 6. *Cened. d.ſing.*1. *n.* 24.

8 Nonnunquam accipitur pro dictione, Per, prout dicit *Garci. de Nobilit.gloſ.6. num.*41.*verſ. Septimum, in med.*

9 Ab re, ideſt præter rem, ſine cauſa. *Suetoп. in Auguſto, non ab re fuerit ſubtexere*, ideſt non alienum à propoſito, vel ſine vtilitate, *Octauian. Vulpell. d.dict. A in fine.*

DICTIO II. Abſque.

1 DE hac dictione vide *gloſ. & Archid. in cap. non eſt noſtrum* 23.*q.* 5. *Doctores in l.ſi res, ff. de exception. rei iudic. Bertachin. in ſuo repertorio verbo Abſque, Alber. in ſuo Diction. eodem verbo, Tiraq. de retractu lig.*§.1.*gloſ.*11. *num.*79. *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 2. *Octauian. Vulpell. de præpoſition. aduerbior. & coniunctionū ſignificatione in dict. Abſque pag.*3. & ex humanioribus litteris, pro vera huius dictionis ſignificatione, extra Iureconſultorum meſſem vagando, aliqua collegi ego ipſe in meo Dictionario Luſitanicolatino col. 980. quod Bracharenſi in ciuitate typis mandaui, & comnnni omnium approbatione, ac vtilitate in lucem edidi anno Domini 1610. non dum habens completum decimum octauum ætatis meæ annum.

2 Hæc dictio eſt negatiua, & requirit omnimodam carentiā *Vulpell. d. dict. n.* 1. Quando illam præcedit negatiua, ſtatincluſiue; quando vero ponitur ſimpliciter, & non præcedit negatiua, ſtat excluſiue. *Cened. d. ſing.* 2. *n.* 5.

DICTIO III. Ac.

1 REgulariter hæc dictio eſt coniunctio copulatiua, & ponitur pro, Et, vt *in l.*2.§. *Et cum placuiſſet, ff. de origine iuris, l. libertas,* §. *fin. ff. de ſtatu hominum, l.*2.§. *fin. C. de Summa Trinit. Vulpell. de præpoſit. aduerb. & coniunct. ſignif. in dict. Abſque*

pag. 4. *Cened. pract. quæſt. ſing.* 16. *n.* 1. vbi etiam aſſerit quod copulat inter diuerſa.

2 Accipitur etiam expoſitiue pro, ideſt, vt in *l. decernimus*, vbi *gloſ. verbo Ac*, *C. de Sacroſanctis Eccleſ. notat Cened. d. ſing.* 16. *n.* 2. *vbi n.* 3. dicit quod accipitur illatiue, *vt in cap.* 131. *diſt.* & quod vſurpatur etiam ſimilitudinarie, & comparatiue.

DICTIO IV.
Ac etiam.

1 DE ſui natura eſt ampliatiua, vt tenet *Cardin. Seraph. Rotæ Romanæ deciſ.* 562. *num.* 1.

DICTIO V.
Ac ſi.

1 FIctionẽ importat, vt probat text. *in l. ſi alterius*, *ff. de hæredibus inſtit. tenet Paul. Montanus de tutel. & curis*, *cap.* 37. *n.* 54. Et denotat ſimilitudinem, ſed non per omnia. nouiſſime *ſacra Rota Romana apud Farinac. deciſ.* 58. *n.* 6. *p.* 1. *tom.* 1.

DICTIO VI.
Accipere.

1 IMportat dominij tranſlationem, ex notatis per *Cald. Pereira de Emptione*, *& vendit. cap.* 18. *num.* 26.

DICTIO VII.
Ad.

1 DE hac dictione vide *text. & Doctores in l. non putabam*, *ff. de condit. & demonſt. & in l. qui filium*, *§. vlt. verſ. ad annum*, *ff. ad Senatuſconſ. Trebel. & in l. quidam Iberus*, vbi *gloſ. verbo ad parietem*, *ff. de ſeruitut. vrban. præd. Tiraq. de retract. lig. §.* 1. *gloſ.* 11. *n.* 67. *Bertachin. in ſuo repertorio iuris verbo Ad. Vulpell. de prapoſit. aduerb. & coniunct. ſignificat. in dict. Ad*, *pag.* 4. *cum ſeqq. Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 49. *Card. Tuſch. pract. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 239.

2 Denotat vicinitatem, ſed non intrinſecitatem. *Vulpell. dicto loco n.* 1. *Card. Tuſch. d. conſil.* 239. *n.* 1. *nouiſſime Rota Romana apud Farin. deciſ.* 509. *n.* 5. *tom.* 1. *par.* 1.

3 Importat cauſam finalem, & ſubſtantialem. *Menoch. concl.* 352. *n.* 1. *&* 2. *Cened. d. ſing.* 49. *num.* 8.

4 Includit tempus, numerum, vel actum, cui adijcitur, vt probatur *Geneſ. cap. fin. verſus finem*,

nem, ibi, vidit etiam filios vſque ad tertiam generationem. *Cicero pro Cecinna* dicit, *cum amicis ad diem veni in caſtellum*, & colligitur ex text. *in l. 3. §. qui habebat ff. de ſeruitut. ruſticor. prædiorum, & in l. qui duos, §. 1. ff. manumiſs. teſtam. Cened. d. ſing. 49. num. 1.*

5 Quando adijcitur ad aliquid explicandum per honoratum, aut per alium, facit modū. text. in *l. quibus diebus, §. Termilius* ibi *ad monumentum, ff. de condition. & demonſtrat.* quando vero pendet ex viribus fortunæ, facit conditionem *l. ſi vir ibi, ad tempus*, vbi *gloſſa, & Bart. ff. eod. tit.* & ita colligitur ex reſolutis per *Galganett. de condit. & demonſtrat. p. 2. cap. 3. q. 4.* Veſuti quando promitto tibi dare centum ad volūtatem meam, intelligitur ſi voluero, & ſic ſub conditione. *Cardin. Tuſch. dicta concl. 239. n. 2. & 3.*

6 Hæc dictio auget, & accipitur pro, valde, vt probatur 2. *Reg. c. 24. Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, &c.* notat *gloſ. Albertin. & Bald. per text. ibi in d. l. non putabam, & Felin. in c. cū vigeſimum poſt n. 7. verſ. Sed quid ſi dicatur cum perueniat ad annū 18. de offic. deleg.*

7 Itē interpretatur pro, iuxta, vel, ſupra, vt *in d. l. quidam Iberus*, vbi *gloſſa, Bart. & alij. Cened. d. ſing. 49. n. 2. Vulpell. d. loco, n. 2.* vbi cum Tiraq. quem citat, facit differentiam inter, Ad, &, In; quia ire ad theatrum, eſt ire ad locum theatro proximum; & ire in theatrum, eſt intrare theatrum, *& n. 3. cum ſeqq.* referens *gloſſam, in d. l. quidam Iberus*, tenet inſultum factum ad domum dici, ſiue fiat prope domum, per duos, vel tres pedes, ſiue in porticū annexo domui, ſiue in pertinentijs domus.

8 Aliquando accipitur pro, intus, vt in rubro, & in nigro C. de his, qui ad eccleſiās confugiunt; ideſt, intus eccleſias. Aduertas ex rubricis argui poſſe, quando ſunt per ſe claræ, & ex omni parte perfectæ, nec indigent aliqua ſuppletione. *Alderan. Maſcard. de generali ſtatuto interpretādo concl. 2. n. 202. cum ſeqq. Petr. Moneta in tract. de optione canonica, cap. 2. n. 4. Ferrer in conſtit. Cathalon. gloſ. 1. n. 118. Anton. Monach. Florentina deciſ. 46. n. 78.*

9 Interdum ponitur pro, contra, vt in *l. 1. iuncta gloſ. 1. ff. an per alium cauſa appellationis redatur, l. commiſſa, & ibi gloſ. in* ver-

verbo ad hæredem, ideſt, contra hæredem, *ff. de publicanis, & vectigalib. l. Item apud Labeonem verſ. proinde ſi quis ad domum ſuam, ff. de iniurijs.*

10 Quandoq. ſignificat idem quod, poſt, vt *in l. qui duos, ff. de manumiſſis teſtam. & in l. militis codicillis, vbi gloſ. verbo ad teſtamentum, C. de militari teſt. Tiraq. d. gloſ. 11. num. 67. Cened. d. ſing. 49. n. 6.*

11 Dictio, Ad minus, eſt incluſiua, & implicatiua. *Azeued. l. 38. n. 2. tit. 6. lib. 3. Recop.*

DICTIO VIII.
Admoneo.

1 VErbum hoc non inducit mandatum, vt probat *text. in l. idemq. §. ſi quis ea quæ, ff. mandati, notat Nicol. Mozz. de Contract. tit. Mandati, cap. de ſubſtantialibus mandati, n. 9.*

DICTIO IX.
Aliàs.

1 INducit formam, & ſolemnitatem *l. de his*, vbi *Bart. ff. de tranſactionibus. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 7. n. 14. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 7. §. 3. verbo Autrement, num. 1.* quem refert *Cened. pract. quæſt. ſing. 62. n. 1.*

2 Aliquando facit conditionem, ſicut dictio alioquin, vt in *l. diuortio circa princip.* & ibi *gloſ. verbo alias, ff. de negotijs geſtis, l. alias, ff. de iureiurando. Tiraq. de retractu lig. §. 8. gloſ. 6. n. 1. Cened. d. ſing. 62. n. 4. Octauian. Vulpell. de præpoſit. aduerb. & coniunct. ſignificat. in dict. Alias, n. 1. pag. 7.*

3 Item ponitur, pro alio caſu, vt in *l. qui teſtamento, §. mulier teſtimonium, ff. de teſtam.* notat *Puteus deciſ.* 170. *in fine lib.* 3. Nonnumquam eſt aduerbium loci, & ſignificat idẽ quod alio loco, vt in *l. Adeo* 7. *§. quod ſi toto, ff. de acquirendo rerum dominio.* Quandoq. eſt aduerbium temporis, & ſumitur pro, aliquãdo, vel alio tempore: vt in *l. dicere, ff. de arbitris, & in l. 3. ff. de condict. ſine cauſa.*

4 Deinde eſt verbum qualitatis, & ponitur pro, aliter, vel, alio modo, vt in *l. denique, §. vtrum, ff. de peculio leg. l. 1. §. illud, ff. de aqua quotid. & æſtiua,* docent *Caſſan. d. §. 3. verbo Autrement, n. 1. Cened. d. ſing. 62. num. 5.*

5 Videtur operari hæc dictio aliquam requiſiti diminutionẽ, vt

vt per *Seraph. Rotæ Romanæ deciſ. 968. n.5.*

6 Aliter dictio idem importat quod dictio, Aliàs, & denotat conditionem. *Tiraq. d. §.8. gloſ.6.n.1. Ceneđ. d.ſing.62.n.2.*

DICTIO X.
Alioquin.

1 DE hac dictione vide *Bertachin. in repert. iuris, verbo Alioquin. Alber. in ſuo Lexicon eod. verbo. Tiraq. de retract.lig.§.8.gloſ.6.n.1.& 2.Gomez in §.in perſona, n.12. Inſt. de Action. Rebuff.in concord.rub. de regia ad prælatos nominat. §. monaſteriis, in verbo Alioquin. Ozaſc. deciſ.145. n.5. Octauian. Vulpell. de præpoſit. aduerb. ſeu coniunct.ſignificat. in dict. Alias, prope finē,pag.8. Cened.pract.& canonic.quæſt.ſing.3. à princip.*

2 Eiuſdem fere naturæ eſt, quæ ſuperior, & includit conditionem contrariam præcedenti diſpoſitioni, poniturq. aduerſatiue ad præcedentia. *Vulpell. d. loco. Cened.d.ſing.3.n.1.*vbi *n.3.* dicit eſſe reſolutiuam eiuſdem diſpoſitionis, in qua profertur, ſi non concurrant in actu omnes qualitates præcedentis diſpoſitionis. & *n.4.* aſſerit eſſe relatiuam, & referri ad omnes qualitates expreſſas in præcedētibus.

3 Eſt comminatoria, & inducit nullitatē actus, cui apponitur, ipſo iure. nouiſsime ſanciuit *Rota Romana apud Farin. deciſ. 665.n.2.tom.1.p.2.* Si iudex tamen dicat, mando tibi quod venias tali die: vel quod talē cites: alioquin te noueris excommunicatum; non veniens, vel non citans non eſt excommunicatus, quia neceſſaria eſt ſententia declaratoria, ſecundum *Vitalem de Cambanis in tract. de Clauſulis, pag.5.col.2.*

DICTIO XI.
Aliquando.

1 VIde *Rebuff. in comment. ad l. interdum 78. verſ. idem dictione aliquando, ff. de verb.ſignific. pag.361.* vbi aſſerit hanc dictionem denotare exceptionem, per text. in *l. Aliquando, ff. ad Velleian. & in l. Stichum,§.aditio,ff.de ſolutionib.*

DICTIO XII.
Aliquandiu.

1 VIde Doctores *in cap. 1. de Reſtitut. ſpoliatorum lib.6.Tiraq.in l.Si vnquam,ver-*

*bo Omnia,n.*17. *C. de reuocandis donat.* Et importat tempus quadraginta dierum ſecundum ſtylũ Curiæ, vt aſſerit *Card. Tuſch. practicarum concluſ. to.* 2. *lit. D. concl.* 270.

DICTIO XIII.
Aliquatenus.

1 VIde late *Tiraq. in l. Si vnquam, verbo Reuertatur, à n.*224. *C. de reuocandis donat.* vbi *n.* 225. cum Rebuffo, quẽ citat, aſſerit dictionem hanc eſſe latæ ſententiæ.

2 Significat idem quod in minimo. *cap. ſuper eo* 2. *de teſtibus*, vbi dicitur non eſſe aliquatenus teſtem admittendũ: ideſt, nec in minimo quidem ſibi credendũ, prout interpretatur *Octauian. Vulpell. in tract. de præpoſ. aduerb. ſeu coniunct. ſignific. in dict. Aliquatenus, pag.*8.

DICTIO XIV.
Aliquis.

1 EST vniuerſalis, & omnia comprehendit, *gloſ. fin. in cap. ſi propter, de reſcriptis in* 6. *Surd. conſ.*383. *n.*12. *& conſ.* 430. *n.* 8. *& deciſ.*283. *n.* 7. *& de Alimẽtis tit.*8. *priuil.*61. *n.*21. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo Dictio, n.*4. *pag.*336. *Cardin. Tuſch. practicarum concluſ. tom.*2. *lit. D. concl.*243. *n.*1. *Cened. practic. & canonic. quæſt. ſing.*5. *Melch. Phœbus Luſitaniæ deciſ.* 9. *n.* 8. *tom.* 1.

2 Comprehendit etiam omnes perſonas abſque vlla diſtinctione, ſecundum gloſſam celebrem *in Clem.* 1. *verbo, aut earũ parte. de foro compet.* cum citatis à *Cald. Pereira de poteſtate eligendi cap.*1. *n.*1.

3 Item comprehendit maſculinum, & fœmininum. *Auiles ad cap.*1. *Prætorum, in gloſ. de ninguna perſona, n.*8. *Surd. de alimentis tit.* 1. *q.*31. *n.* 18. *Stephan. Grat. diſceptat. forenſ. cap.* 58. *à n.*19. *poſt Tiraq. Caballin. Anton. Gabr. & Matienſ. Cened. d. ſing.*5. *n.*10.

4 Terminus, cui adijcitur intelligitur late, & contra propriam ſignificationem, ex *Tiraq. in l. Si vnquam, verbo Omnia, num.* 14. *C. de reuocandis donat.* tenet *Surd. de Alimentis, tit.* 9. *q.*26. *n.*26.

5 Eſt diſtributiua ſingulorũ, ſed tamen omnes in ſolidum cõprehendit. *l. qui filiabus,* §. 1. *ff. de legatis* 1. *Card. Tuſch. d. tom.*2. *lit. D. concl.*269. *n.*1. *& cõcl.*243. *n.*7.

n.7. 8. & 8. *Franciſc. à Souſa in comment. ad tit. ff. de pactis, ar.* 2. *q.* 2. *n.6.* Arctat enim ſignificationem ad res ſingulas, *Anton. Monach. Florent. deciſ.* 1. *n.* 66. vbi *n.67.* dicit quod ad totum etiam refertur. Et eſt diminutiua *ex Caſſan. in conſuet. Burgund. rub.* 11. §. 6. *verbo D'aucune choſe, pag.* 361.

6 Dictio Aliquod, vel, Aliquid, in modico verificatur, & ad quid minimum refertur *l. Si ſeruum, §. Prætor ait, ff. de acquirenda hæred. gloſ. d. verbo aut earum. Tiraq. d. verb. Omnia, n.* 14. *Menoch. remed.* 14. *recuper. n.*8. & *conſil.4.n.*18. & *conſ.*35.*n.*9. & *conſil.*178.*n.*29. & *conſ.*332. *n.*2. *Brunor. à Sole d. verb. Dictio, n.*4. & 39. *Surd. deciſ.*283.*n.*8. & *conſ.*383.*n.*12. *Bertazol. de Clauſulis clauſ.*14.*gloſ.*3. & *clauſul.*26.*gloſ.*12.*nu.*1. *Franciſc. à Souſa, vbi ſupra. Surd. d. priuil.* 61. *num.* 21. *Cened. d. ſing.* 5. *num.*1. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.*3. *cap.*509. *n.*35. *Benedict. Aegid. in repet. l. Ex hoc iure, p.*1. *cap.*9. *n.*54. *ff. de iuſtitia & iure. Anton. Monach. Florentina deciſ.*50. *n.*18. vbi etiam dicit quod plus operatur, quam ſignum vniuerſale.

DICTIO XV.
Aliquo modo.

1 IDem importat quod, quomodocumque, & eſt generalis, ac prægnans, operaturq. vt veniant ea, quæ alias in venditione non comprehenderentur. *Bertazol. de Clauſulis inſtrum. clauſ.*26. *gloſ.*12. *n.*2.

2 Diminuit etiam de proprio ſignificatu, vt per *Tiraq. in l. Si vnquam verbo Omnia, n.*14. *ante med. C. de reuocandis donationibus.*

DICTIO XVI.
Aliter atque.

1 IMportat idem quod, Aliterquam, vt in *l. qui re ſibi commoda, vel apud ſe depoſita vſus eſt, aliter atque accepit, ff. de furtis.* Item iuris, & facti diuerſitatem notat à præcedenti caſu *l.* 1. §. *ſi reus,* ibi; *aliter atq. ſi ab alio ſit impeditus, ff. de eo per quem factum erit, l. qui ſeruum, ff. de Interrogat. actionib. Rebuff. in comment. ad l. pronuntiatū* 46. *verſ. Aliter atque, ff. de verbor. ſignificat. pag.*245. Cætera pertinentia ad dictionem Aliter dixi ſupra *dict.* 9.

DICTIO XVII.
Alius.

1 SImilitudinem denotat, & eſt repetitiua ſimilium, vt probāt text. *in l. quidam relegatus, & ibi Bart. ff. de rebus dubijs. l. 3. vbi gloſ. C. de ſeruis fugitiu. cap. Sedes de reſcriptis. Bertach. in repert. iuris, verbo Alius. Tiraq. ad leges connub. gloſ. 5. n. 48. ad fin. Brunor. à Sole in locis communib. verbo Dictio, num. 3. pag. 336. Menoch. remed. 9. retin. n. 256. & de Arbitr. lib. 1. q. 80. n. 122. & caſu 66. ſub n. 3. & conſ. 183. n. 19. & conſ. 200. n. 2. & conſ. 308. n. 12. & 13. Bertazol. de Clauſulis inſtrum. clauſ. 4. gloſ. 18. & clauſ. 27. gloſ. 12. & gloſ. 19. n. 1. Azeuedo l. 1. n. 72. tit. 5. lib. 8. nouæ Recopil. Fr. Emman. Roder. quæſt. Regular. to. 1. q. 30. art. 15. in fin. Surd. deciſ. 265. n. 24. & deciſ. 274. n. 4. & conſ. 42. n. 26. & conſ. 77. n. 25. & conſ. 200. n. 3. & conſ. 282. n. 7. & conſ. 303. n. 33. & de Alimentis tit. 9. q. 3. n. 6. Flam. de Reſignation. lib. 2. q. 15. n. 21. Gonzal. ad reg. 8. Cancel gloſ. 3. n. 22. Cardin. Tuſch pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 245. Valaſc. de Partitionib. cap. 13. n. 93. Cald. Pereira de extinctione emphyteuſis cap. 21. n. 4. & quæſtionum forenſium conſ. 23. n. 13. Ioſeph. de Seſſe Aragoniæ deciſ. 146. n. 6. Cardin. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ. 587. n. 2. Rota Bonon. diuerſ. deciſ. 34. n. 42.* nouiſsime *Rota Romana apud Farin. deciſ. 391. n. 5. to. 1. p. 1. Ferrer. in conſtit. Cathaloniæ gloſ. 2. n. 156. & 163. cum ſeq. Intrigliol. Siciliæ deciſ. 3. nu. 137. Franciſc. Molin. de ritu nuptiarum lib. 2. differ. 11. num. 129. P. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 28. col. 484. P. Sanch. de Matrim. lib. 3. diſp. 20 n. 2. cum ſeqq. Cened. practic. ſeu canonic. quæſt. ſing. 4. n. 1. Luſitan. Franciſc. à Souſa in repetit.* §. *Actionum Inſtit. de Action. p. 4. n. 72. Acacius Anton. in comment. ad l. 3. ff. de condition. & demonſt. n. 93. Aloyſ. Ricc. in deciſionibus Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 38. n. 6. p. 2. Garcia Girond. de priuilegiorum, ſeu exemptionũ explicat n. 289.* Et poteſt verificari in ſimilitudine in ſpecie, & in genere. *Verall. deciſ. 298. n. 3. & 4. p. 2.*

2 Repetit conditionem, & qualitatem præcedentis diſpoſitionis in ſubſequentē. *Viui. deciſ.* 193. quem citat *Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 2. collect. 389. & d. deciſ. 38. n. 8. P. Sanch. d. diſp.*

20.

20.*n.*2.*Galganet.de condition.& demoſtrat.p.*2.*cap.*1.*q.*18.*n.*12. Habet enim qualitatem reſpectiuam, & implicat. *Seraph.Rotæ Romanæ deciſ.*716. *nu.*1. & 11. Repetit qualitatem, & ſimilitudinem in ſubſtantia. nouiſsime *Rota Romana apud Farinac. deciſ.* 663.*n.*8.*tom.*1.*p.*1. Non vero ſemper implicat omnimodam qualitatem. *Rota Rom. nouiſsime apud Farinac. deciſ.*719.*n.*5.*p.* 2. Nam licet proprie ſumpta diuerſitatem ſignificet in ſuppoſito, denotat tamen ſimilitudinem in ſubſtantia. nouiſſime eadem Rota Romana *apud Farin. deciſ.*327.*n.*7.*tom.*1.*p.*1.

3 Diſſimilia aliquando denotat ratione ſubiectæ materiæ, vel quando ſequeretur abſurdũ, vt habetur *Lucæ* 23.*Ducebantur autem & alij duo nequã cum eo*, ſcilicet Chriſto, *vt interficerentur*. & tradit *gloſ.in l.Non ſolum* §. *quæritur, in verbo Creditores, ff. de Procurat. Bertaz. de Clauſulis inſtrum. clauſ.*27. *gloſ.* 12. *n.*1. *Surd. conſ.* 449.*n.* 26. *Gonzal. d.gloſ.*3.*n.*49.*cũ ſeq. Anton. Monach. Lucenſi deciſ.*58.*n.*18. Et diſſimilia etiam complectitur quando adijciuntur verba vniuerſalia; ſeu quando adeſt copula, vel quando alia repugnant. *Menoch. conſ.*485.*nu.*13. *Surd. conſ.*449.*num.*29.& 30. *Anton. Monach.d.deciſ.*58.*n.*19.

4 Item adiecta vniuerſali cõplectitur cauſas diſſimiles præcedentibus. *Couar.pract.cap.*25. *ſub n.* 3, *Azeuedo l.*1.*n.*2.*tit.*20. *lib.* 4. *nouæ Recopil. P. Sanch. de Matrim.lib.*7.*diſp.*37.*ſub n.*31. *Gonzal.ad reg.*8. *Cancel.gloſ.* 3. *n.*45.*cum ſeq. Stephan. Gratian. diſcept.forenſ. cap.*163.*num.*21. *Anton.Monach.d.deciſ.*58.*n.*19. Et iuncta cum dictione, quibuſcunque, vel alia vniuerſali, aut generali, continet maiora expreſſis. *Bertazol. d.clauſ.*27.*gloſ.* 12. *n.*2. *Intrigliol. Siciliæ deciſ.* 3.*num.* 138. Et verba illa, Alia quauis cauſa, vel, alio quouis modo, ſunt vniuerſalia, & intelliguntur non ſolum de modis ſimilibus expreſſis, ſed etiam de maioribus. *Menoch. conſil.*156. *num.* 24.

5 Denique hæc dictio eſt indiffinita, vt per *Eſcobar de ratiocinijs cap.* 18.*n.*2.

DICTIO XVIII. Alleluia.

1 DE hac dictione vide *Lexicon Eccleſiaſticũ, verbo Alleluia. Durand. in rationali diui-*

diuinorum officiorum, lib. 4. cap. 26. Card. Cæſar Baron. in addit. ad Martyrologium Romanum 5. die Aprilis, pag. 134.

DICTIO XIX.
Alter.

1 Dictio hæc proprie de duobus intelligitur, & duorum tantum diſtributiua eſt. *l. qui duos, ff. de rebus dubijs. l. nōnunquam, ff. de iudic. l. ſi ex toto, §. fin. ff. de legatis. l. Continuus, §. Item qui,* vbi *Aretin. notab. 3. ff. de verbor. obligat. l. ancillæ, C. de furtis, §. quod ſi cauſa Inſtit. de rerum diuiſ. Octauian. Vulpell. in tract. de præpoſit. aduerb. ſeu coniunct. ſignific. in dict. Alter, pag. 8. Bertazol. de Clauſulis inſtrum. clauſ. 20. gloſ. 31. Cened. pract. ſeu canonic. quæſt. ſing. 68. n. 1.* vbi *n. 3.* dicit quod denotat ſimilitudinem, & includit qualitatem ſequentem.

2 Aliquando de tribus etiã, & pluribus dicitur, & verificatur, præcipue vbi reſultaret abſurdum, vel abſonus intellectus, aut voluntas diſponentis contraria appareret. *Bertazol. d. gloſ. 31. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 58. n. 37. Card. Tuſch. practicarum concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 252. n. 3.*

DICTIO XX.
Amen.

1 Vide *Fr. Antonium de Gueuara in 2. p. montis Caluarij pag. mihi 99.* Tantum importat, quantum, ſine defectu: eſt enim dictio compoſita ab a, quod idem importat quod, ſine, & mene, defectu, vt tradit *Ioan. Andr. & Abb. poſt Hugon. in cap. Etſi Chriſtus, vbi Abb. n. 9. de iureiur.* eleganter *Bertaz. de clauſulis inſtrum. clauſ. 1. gloſ. 1. n. 3.* vbi etiam aſſerit quòd hęc dictio poſita poſt inuocationem diuini nominis in inſtrumentis, non eſt de ſubſtantia, nec neceſſaria, ſed ad bene eſſe.

2 Aliquando ſignificat in veritate, ſeu verum eſt. *cap. re vera,* vbi *gloſ. de conſecrat. diſt. 2. Bertazol. d. n. 3.* vbi etiam dicit quod in officijs diuinis interpretatur, fiat, & eſt reſponſio populi.

3 Interdum in Scriptura eſt nomen ſignificans in recto IESVM Chriſtum, vt veritas eſt, ac veracitas ipſa; nouiſſime *Emman. de Valle de Moura de incantation. & enſalmis ſect. 2. cap. 14. num. 19.*

DICTIO XXI.
Amittat.

1 VErbum hoc eſt latæ ſententiæ. *Tiraq. in l. ſi vnquã, verbo reuertatur, n.* 151. *C. de reuocandis donat. Couar. in cap. ſi hæredes, num.* 8. *de teſtam. Sayr. in claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 21. *verſ. fallit.*

DICTIO XXII.
Amodo.

1 IDem importat quod poſthac, vt *in cap. vni. qualiliter iurar. deb. vaſſall. dom. fidelit. Alber. in ſuo dictionario ſuper eodem verbo. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 29. *gloſ.* 3. *nu.* 1. Et de hac dictione habetur *Io.* 14. *Si cognouiſſetis me, & patrem meum cognouiſſetis; & amodo cognoſcetis*, vel vt aliter ſtat textus, *cognoſcitis eum. Et in Apocalip. cap.* 14. *Amodo enim iam dicit ſpiritus.* in quibus locis magis, pro præſenti, quam pro futuro tempore accipitur, ſecundum *Bertazol. d. loco.*

DICTIO XXIII.
Amplius.

1 DE vi & effectibus huius dictionis, vide *Prateum in ſuo Lexicon, verbo amplius. Briſſon. lib.* 1. *de verb. ſignific. eod. verbo. Rebuff. in comment. ad l. verbum amplius* 82. *ff. de verb. ſignific. pag.* 377. *Octau. Vulpell. de præpoſit. aduerb. ſeu coniunct. ſignific. in dict. alter, pag.* 9. *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 246.

2 Natura huius dictionis eſt includere. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 145. *n.* 3.

3 Adiecta dictioni, eo, vel, hoc, eſt repetitiua præcedẽtium, probant text. *in l. ſi tibi pure* 52. *ff. de legatis* 3. *& in l. qui ita* 4. *vbi gloſ. ff. de dote præleg. Ioan. Garci. de nobil. in diuiſione, n.* 51. *Steph. Grat. Marchiæ deciſ.* 137. *n.* 10. *& diſcept. forenſ. cap.* 116. *n.* 30. *Card. Tuſch. d. concl.* 246. *n.* 1. Sine prædictis dictionibus non repetit. *Azeuedo ad l.* 2. *n.* 8. *tit.* 4. *lib.* 8. *nouæ recopil.*

4 Item ſi illi apponatur dictum pronomen, hoc, eſt repetitiua legati; ſi vero apponatur abſque illo, eſt continuatiua legati, non repetitiua rei legatæ; probãt tex. *in l. ſi à pluribus* 110. *§. ſi ita ſcriptum, vbi Paul. Caſtr. ff. de legatis* 1. *Gulielm. in cap. Rainuntius, verb. Alterochæ, n.* 3. *de teſtam.* quẽ refert *Cened. practic. ſeu canonic. quæſt. ſing.* 68. *n.* 4.

n. 4. *Octau. Vulpell. dicto loco.*

5 Deinde ponitur augmentatiue, in modico tamen. *l. cum inter nos de verb. ſignific. Octau. Vulpell. d. loco*, vbi addit ad modicam quantitatem referri.

6 Ad eum quoque pertinet hæc dictio, cui nihil debetur. *l. minus ſolutum, vbi Rebuff. & Alciat. ff. de verb. ſignif. Moneta in tract. de optione, cap.* 5. *q.* 1. *num.* 10.

7 Amplius idem ſignificat quod, vltra, vel, vlterius, *in l.* 4. §. *lege Iulia*, ibi, *amplius quarta parte quam debet punitur, ff. ad legem Iuliam peculatus. l.* 1. §. *qui quæſtionem, ff. de quæſtion. l. cum amplius, ff. de regulis iuris.* Quandoq. importat idem quod, plus, *l. ſi quādo*, ibi, *ſemipedem & amplius, ff. ſi ſeruitus vendicetur.* Interdum accipitur pro, deinceps, vt in *l. ſi cui*, ibi, *amplius mutandæ eius* (ſcilicet viæ electæ) *poteſtatem habere*, ff. *de ſeruit.* Item importat idem quod, etiam, *l.* 3. §. *ſed etſi quis vſumfructum*, ibi, *hoc amplius*, ff. *de itinere actuq. priuato.* Denique exponitur pro, melius, *à gloſſa in proœmio Digeſtorum, in princip.* ibi, *quis amplius quam vos cognoſcit.*

DICTIO XXVI.
Ante.

1 Est eiuſdem naturæ cum dictione, poſt, ſeque mutuo reſpiciunt. vt late docet *Tiraq. in l. ſi vnquam verbo & poſtea, n.* 14. *C. de reuocandis donat.* ad quem locum ſe remittit *de retractu lig.* §. 1. *gloſ.* 11. *n.* 49. & *n.* 70. *Octau. Vulpell. de præpoſit. aduerb. ſeu coniunct. ſignif. pag.* 9.

2 Reſpicit aliquando perſonam, vt in *l. quod ſi Epheſum in fine*, ibi, *in ſumma æquitatem quoque ante oculos habere debet iudex, ff. de eo quod certo loco.*

3 Interdum locum reſpicit, vt in *l. ſed etſi pupillus*, §. *proſcribere*, ibi, *ante eum locum quo negotiatio exercetur*, ff. *de inſtitor. actionib.* Et quando actus fieri debet ante ædem, vel in alio loco, niſi ibi fiat actus, erit nullus. *Clem. cauſam*, vbi Doctores *de Electione.*

4 Tempori quandoque adiungitur vt in *l. caſus*, ibi *ante expletum tempus*, ff. *de pignorat. action.* & tunc perfectum tempus ſignificat, vt ex Bart. docet *Rebuff. in comment. ad l. anniculis* 132. §. *ante diem decimum*, ff. *de verb. ſignific. pag.* 503. Si tamen

men

men ſimpliciter dicatur ante vigeſimum ſecundum annum, ſufficit incœptum eſſe, prout in terminis Concilij Trid. ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 12. reſoluo ego ipſe *in meis Remiſſionib. n. 2. & cito P. Henriq. in ſum. lib. 10. cap. 19. §. 2. & lib. 13. cap. 38. §. 2. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. n. 166.* Quando enim perfectum, & conſummatum annum deſignat idẽ Concilium Trid. addit verbum expletum, prout fecit in *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 15.* ibi, *ante decimum ſextum annum expletum.*

5 Regulariter hæc dictio ſignificat tempus ante principium actus. *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing. 13. n. 1. Octau. Vulp. d. loco, n. 2.* vbi etiam dicit quod qui promiſit ſoluere ante menſem Ianuarij, non ſat eſt quod ſoluat ante menſem finitum. & *num. 4.* aſſerit promittentem ſoluere debitũ ante nundinas Ariminenſes, non intelligi promiſiſſe ante nundinarum finem, ſed ante principium; quia mercatores egent pecunia, cum primum incipiunt nundinæ, non ijs completis; *& n. 5. cum Ruino conſ. 118. lib. 3.* reſoluit quod ſi filio decedenti ante vigeſimum quintum annum Titius ſubſtituere-tur, & ſi ante vltimi anni finem deceſſerit, ſubſtitutus non audiatur.

DICTIO XXV.
Antea.

1 Reſpicit cõmuniter tempus, vt in *l. non diſtinguemus, §. illud, ff. de receptis arbitris;* cuius naturæ eſt etiam dictio, Antequam, vt in *l. 2. ff. de mortuo inferendo*, notat *Rebuff. in comment. ad l. anniculus 132. §. ante diem in fine, ff. de verb. ſignificat. pag. 504.*

DICTIO XXVI.
Antedictus.

1 Hæc dictio ſui natura eſt reſtrictiua, vt in *l. 1. §. deinde, ff. de poſtulationibus, notat Menoch. conſ. 160. n. 39.*

DICTIO XXVII.
Antequam.

1 Non ſemper implicat *l. quod dicitur, ff. de verb. ſignific. Octau. Vulpell. de præpoſ. aduerb. ſeu coniunct. ſignific. in dict. antequam, pag. 11.* vbi ex illo text. dicit quod dictiones negantes actum certo tempore, nõ

ponunt

ponunt implicatiue actum alio tempore: & ideo ſaluari poſſe teſtem à pęna falſi, qui dixerat quod antequam Titius veniret ad prandiu, filius percuſſit Sempronium, ſi probetur Titium ea die ad domum non veniſſe.

DICTIO XXVIII.
Apprehendere.

1 VErbum hoc poteſt intelligi cum violentia, & ſine illa, prout materia poſtulauerit. *Seraphin. de priuil. iuramenti priuileg.* 132. *n.* 73.

DICTIO XXIX.
Approbare.

1 DEnotat boni viri arbitriũ iuxta text. in *l. ſi ſic legatum* ff. *de legatis* 1. *notat Luſitan. Benedict. Aegid. in repet. l.* 1. C. *de Sacroſanctis Eccleſijs p.* 6. *in initio num.* 10.

DICTIO XXX.
Apud.

1 VArias continet ſignificationes. Primò denotat idem quod, coram, in *l.* 1. & 2. ff. *de officio Præſidis*. *l.* 3. ff. *de adoptionib. l. de iure* ff. *ad municipalem*. *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 19. *num.* 4. *Luſitan. Franciſcus à Souſa in comment. ad tit.* ff. *de pactis, art.* 1. *n.* 7.

2 Interdum idem ſignificat quod, penes, vel, prope, *in l. is apud quem*, ff. *de acquirenda hæred. & in l. is apud quem*, ff. *de verb. ſignific. & in l. is apud quem* C. *de edendo, & in l. ius ciuile, & l. omnes populi*, ff. *de iuſtitia & iure*. *Cened. d. ſing.* 19. *n.* 1. *Gonz. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 43. *n.* 44. In hoc tamen differunt, quia alterum perſonam cum loco ſignificat, alterum perſonam, & dominium. *Octau. Vulpell. de præpoſit. aduerb. ſeu coniunct. ſignif. in dict. antequam, pag.* 11.

3 Aliquando ſumitur pro, ab, *l. apud antiquos quærebatur*, C. *de furtis*. Deinde ſumitur etiã pro, in *gloſ. in cap. Statutum, verbo in curia. de præbendis in* 6. cum additis per *Cened. d. ſingul.* 19. *n.* 6. vbi etiam aſſerit dictionem, apud, & dictionem, in, differre, quia dictio, apud, perſonæ præponitur, dictio vero, in, proprie ſumpta loco præponitur.

DICTIO XXXI.
Aſsidue.

1 EX ſui propria natura denotat frequentiam, non

vero

vero temporis continuationem, vt in *l. ſi quis legauit*, ff. *de conditionib. & demonſt. l. Mæuia*, ff. *de manumiſſ. teſtam.* Cened. *practicarum & canonicarum quæſt. ſing.* 12. *n.* 3.

2 Interpretatur in omnibus locis competentibus. *cap. fin.* 36. *diſt. Octauian. Vulpell. de præpoſit. aduerb. ſeu coniunct. ſignific. in dict. aſſidue, pag.* 11.

3 Item ſumitur pro omni tẽpore, vt in *l. filium*, ff. *de bis qui ſunt ſui vel alieni iuris l. fin. in princip.* ff. *de ædilitio edicto, cap.* 1. *de reſtit. ſpoliat. in* 6. notat Cened. *d. ſing.* 12. *n.* 1.

4 Aliquando accipitur pro, frequenter, ſic in *l. quod ſi nolit*, §. *qui aſſidua*, ff. *de Aedilitio edicto. l. aſſiduis*, ff. *qui potiores in pignore habeantur. Cened. d. ſing.* 12. *n.* 2.

5 Interdum exponitur pro, ſæpe, aut, crebro, vt in *l. Mæuia* §. *vxore*, vbi *gloſ. verbo difficile*, ff. *de annuis legatis. Cened. d. ſing.* 12. *n.* 4.

6 Dicimus aſſiduè, aſsiduò, aſsiduiſsime, vt ex Cicerone, & bonis auctoribus, probo ego ipſe in meo dictionario Luſitanico latino, col. 248.

DICTIO XXXII.

Aſsignauit.

1 IMportat in dubio dominij tranſlationem, prout notat *Brunor. à Sole in locis communibus lit. V. n.* 36.

DICTIO XXXIII.

Atque.

1 COniungit hæc dictio, vt in *l. in lege cenſoria, in fine*, ff. *de verb. ſignificat. l. itemque* §. 1. ff. *de actionibus empti. l. fundum*, §. *pen.* ff. *de euictionib.* cum alijs citatis à *Rebuff. in comment. ad l. pronuntiatum* 46. *verſ. atque*, ff. *de verb. ſignific. pag.* 245.

DICTIO XXXIV.

Atqui.

1 ALiquando ponitur pro, ſed, vt in *l. arbitrio*, §. *de eo*, ff. *de dolo*, licet *gloſ. ibi* exponat pro, certe, & in *l.* 1. ff. *ſi ſeruitus vendicetur*, vbi gloſ. exponit pro, ſed. Interdum interpretatur pro, certe, ſic in *l. filiuſf. fam.* ff. *de in rem verſo*, & *in l. atqui*, vbi gloſſa, ff. *de negotijs geſtis*. ita colligitur ex reſolutis per *Rebuff. in commentar. ad l. pronũtiatum*

tiatum 46.*verſ.atqui*,ff.*de verb. ſignificat.pag.* 245.

DICTIO XXXV. Auferre.

1 IMportat aliquando accipere, vt in *l. duobus*, ff. *de legatis* 1. *& in l. Mauius*, §.*eum qui*, vbi gloſſ. *verbo abſtulit*, ff. *de legatis* 2. *Brunor. à Sole in locis communib. verbo auferre*. vbi etiam tenet quòd auferri dicitur, quod manibus per raptum accipitur. Et poſſe intelligi cum violentia, & ſine ea dicit *Seraphin. de priuilegijs iuramenti*, *priuil.* 132. *n.* 73.

DICTIO XXXVI. Aut.

1 NAtura huius dictionis eſt poni alternatiue, ex reſolutis per *Portoles de conſortibus*, *cap.*1.*n.*7. Et eſt diſiunctiua, & ad verificationem illius ſufficit alteram partem eſſe veram, ex *text. in l. ſi hæredi plures*, ff. *de condit: inſtit. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit*, *in fine*, ff. *de verb. obligat.* notant *Pichard. ad* §.*quod ſi quis*, 5.*n.*6. *Inſtit. de inutilib. ſtipulat. Bartholom. Perett. in comment. ad Extrauag. ambitioſæ in verb. vſibus*, *n.*20. *pag.*152. *Rebuff. in commentar. ad l. oſtentum* 38.*verſ. aut*, ff. *de verb. ſignific. pag.*208. *in fine. Cened. practic. ſeu canonicarum quæſt. ſing.* 6. *n.*2. *P. Azor. inſtitut. moral. p.*1. *lib.*5.*cap.*27.*q.*1.

2 Interdum tamen accipitur copulatiue, ſeu coniunctiue, & requirit concurſum vtriuſque, maxime quando ponitur inter perſonas; & tunc exponitur pro, &. ſic in *l. ſæpe*, ff. *de verborum ſignificat. l. cum quidam*, *verſ. melius itaque eod. tit. cap. omnibus vobis in fine*, & ibi *gloſ. verbo aut*, 2.*q.*4. *cap.*2. vbi *gloſ. verbo, aut*, *de confeſſis in* 6. cum citatis à * Cened. d. ſing.* 6. *n.*2. *Franciſc. Gallet. in margarita caſuum conſcientiæ verbo Dictio*. *Octauian. Vulpell. de præpoſit. aduerb. ſeu coniunct. ſignific. ſub dict. aſſidue in fine pag.*12. *Pichar. ad* §.*Plane* 4.*n.*26. *inſtit. de inutilib. ſtipul.*

13 Eius etiam naturæ eſt, vt qualitas adiecta in prima prohibitione cenſeatur repetita in ſecunda: ita *gloſ.*1. *in l. ſi ſic conſtituta*, *ff. quemadmodum ſeruit. amit.* recepta ex *Surd. deciſ.*88. *n.*25.*Cened.d.ſing.*50.*n.*18. Poſita tamen inter duas orationes perfectas, non facit quin dictum in vna cenſeatur repetitum in altera. ita *Octau.Vulpell. d.loco*, *n.*1.

*nu.*1. Sic etiam quando ſtat inceptiue, non inducit repetitionē. *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 55. *num.*43.

14 Aliquando ponitur inter diuerſa, vt in rubric. *Cod. de ſent. & interlocut. & in rubric. inſtit. de vſucap. & longi temporis præſcript. gloſ. vlt. in cap. cum olim*, 34. *de teſtibus, & in rubr.* ff. *ad municipal. Cened. d. ſing.* 50. *n.*4. & 5. *Octauian. Vulpell. d. loco in princ. Menoch. remed.* 8. *recuperan. n.*84. *Surd. conſ.* 315. *n.*17. *Narbona de appellat. à Vicario ad Epiſcopum, par.*1. *n.*207. *Gonzal. d. gloſ.* 3. *n.*11. Illaq. coniungit diuerſa. *Steph. Grat. Marchiæ deciſ.* 175. *nu.* 8. Attamen non inducit diuerſitatem, quando eſt poſita inter genus, & ſpeciem. & ita intelligitur auctoritas illa Chriſti Domini *Marc. cap.*16. *Dicite diſcipulis, & Petro, & text. in l. ciues, & incol. C. de appellat.* vt docet *Cabed. Luſitan. deciſ.* 117. *nu.*9. *par.*2. Nam ſi ponatur inter duo idem ſignificantia, nō dicitur inter diuerſa poni. *Cened. d. ſing.* 50. *n.*5. *Surd. d. conſ.* 315. *n.*19. *Cabedo, d. deciſ.* 117. *n.*3. *Monet. de opt. cap.*7. *n.*2. *Girond. de priuileg. ſeu exempt. explicat. n.*1031.

15 Deinde ponitur ampliatiue, vt in *l. qui dolo*, §. *hac lege*, ff. *ad legem Iuliam de vi publica*. notant *Surd. d. conſil.* 315. *nu.*17. *Gonzal. d. gloſ.* 3. *n.*5. *Steph. Grat. d. deciſ.* 175. *nu.*8. *Bernard. Muſcatel. de cognit. delict. tit. de vulneribus lethalib. n.*55. nouiſſime *ſacra Rot. Rom. apud Farinac. deciſ.* 680. *n.*5. *tom.*1. *par.*2. *Cened. d. ſing.* 50. *n.*10. vbi etiam aſſerit quod ampliat, & auget, non autem minuit.

16 Ponitur etiam declaratiue ad effectum declarandi verba præcedentia, *Gonz. d. gloſ.* 3. *n.*9. & 10. *Cened. d. ſing.* 50. *n.*12. vbi n.6. aſſerit quod collocata inter genus & ſpeciem, cauſam & cauſatum, ponitur declaratiue pro, ideſt.

17 Nonnunquam implicatiua eſt, vt notāt *Menoch. de præſump. lib.*4. *q.*18. *nu.*30. *Cened. d. ſing.* 50. *n.*21. vbi n.22. ex pluribus ſacræ ſcripturæ locis colligit, quod copulatiua hæc ſolet eſſe cauſalis, & accipitur pro quia.

18 Sumitur denique pro diſiunctiua, vel, ratione ſubiectæ materiæ. *Octau. Vulp. d. loco, n.*2. *Gonz. d. gloſ.* 3. *n.*14. *Portoles de conſort. cap.*1. *n.*20. *Cened. d. ſing.* 50. *n.*7. vbi docet hanc dictionē tunc exponi pro, vel, quando ponitur inter illa quæ ſunt eiuſdem

pote-

poteſtatis, & effectus, præſertim ſi ſint incompatibilia ſeu repugnantia.

19 Dictio, Et, accipitur duobus modis: primo in ſenſu compoſito, vt cum dicimus Cæſar & Bibulus conſules fuerũt; intelligitur enim ſimul. Item in ſenſu ſingulari; vt cum dicimus, Gregorius & Bonifacius Pontifices multas conſtitutiones fecerunt; intelligitur enim non ſimul, ſed ſeparatim. ſic declarat *Alciat. conſ.* 39. *n.* 19. *lib.* 9. quem refert *Octau. Vulpell. d. loco, n.* 2. *verſ. illud*: vbi n. 4. aſſerit hãc dictionem differre à dictione, cũ: quia, Et, copulat æque principaliter; Cum coniungit acceſſorie.

DICTIO XCIV. Et cætera.

1 COmplectitur omnia hæc dictio, ſcilicet quæ ſolẽt ſequi poſtea: & comprehendit illud, quod ſubintelligi quoquo modo poteſt ad perficiendam clauſulam: notant *Seraph. de priuil. iurament. priuileg.* 74. *n.* 174. *Rota Bonon. diuerſ. deciſ.* 140. *nu.* 13. *&* 14. *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concluſ.* 277.

2 Includit tantũ ea quæ ſunt de natura actus, vel rei ſuper qua interponitur, vt probat text. in *l. ſi duo patroni*, §. *ſi quis iurauerit, ff. de iureiuran. l. ſi ita quis cum l. ſeq. ff. de euiction. Surd. conſ.* 350. *n.* 28. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ. vlt. n.* 3. *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 23. Nouiſſime *Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 393. *num.* 12. *tom.* 1. *part.* 1. *Bertazol. in repet. l. ſi quis maior, C. de tranſact. num.* 533. Non comprehendit tamen ea quæ ſunt de ſubſtantia & forma. ita nouiſſime decidit *Rot. Rom. apud Farin. deciſ.* 286. *num.* 2. *& deciſ.* 723. *n.* 4. *tom.* 1. *part.* 2. Sic etiam non poteſt extẽdi in mandato procuræ appoſita niſi ad ea quæ ſunt de natura actus, vel ad ea quæ ſunt cæpta exprimi; non autem ad ea, quorũ ſaltem principium non eſt expreſſum: ita etiam nouiſſime *Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 492. *n.* 4. *tom.* 1. *p.* 1.

3. Item includit virtualiter omnia quæ ſunt de natura ſubiectæ materiæ, ſtylo aut conſuetudine, vt per *Gonzal. d. gloſ. vlt. n.* 4. vbi n. 7. notat, quod quando in inſtrumento dicit notarius, præſentibus talibus, & cætera, tunc dictio hæc eſt intelligenda, & extendenda, ſcilicet, quod teſtes fuerint rogati. Non eſt tamen potens, vt per illã ſuppleatur

tur

tur ſolemnitas inſtrumenti, vt reſoluit *Cald. Pereyra de empt. & vendit. cap.4.n.7.*

4 Comprehendit etiam ea, quæ ſolita ſunt apponi, & non extenditur ad vltra dicta & ſcripta, ex *Tiraq. de conſtitut. p.3. limit.31.n.10. & Gonzal.d.gloſ. vlt.n.3.* Vnde complectitur omnia quæcumque ſolent ſequi ſecundum conſuetudinem, & ſtylum notarij rogati, ſi illa probari poſſint. notat *Cardin. Mantica,d.tit.10.n.19.* vbi etiam addit,quod interponit omnes clauſulas, quas defunctus ſolitus fuit adijcere: & ſi de more notarij defuncti non appareat,recurrendum eſt ad generalem conſuetudinem & ſtylum tabellionis eiuſdem regionis;non extenditur tamen ad clauſulas ſubſtantiales non ſolitas apponi. ex *Rot.deciſ. 1. de verb. ſignific. in antiquis.* tenet *Gonz. d.gloſ.vlt.n.10.*

DICTIO XCV. Etiam.

1 Dictio hæc eſt extenſiua, & ſtat augmentatiue & ampliatiue, vt in *l.2.C.de teſtib.* notant *Menoch. conſ.331. nu.7. & conſ.336.n.17. Surd. deciſ.8. n.12. Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.27. gloſ. 16. Cald. Pereyr. quæſt. foren. conſ. 29. n.11.* nouiſſime *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ.367.n.1.tom.1. par.1.* Non tamen ſtat cumulatiue, ex *Cardin. Seraph. Rotæ Rom. deciſ. 1384. num.5.*

2 Ampliat, & legis diſpoſitionem ad alium caſum extēdit. *Clem.1.§ fin. de re iudic. Burg.in relect. l.1. Tauri,n.39.*

3 Identitatem denotat in vtroque caſu. *l. Imperium*, ff. *de iuriſdict.omn.iud.l.hæc ſcriptura,* §.1.ff.*de condit.& demonſt. Bertaz. in repetit. l. ſi quis maior*,C. *de tranſact.n.805.*

4 Implicatiua eſt, & exprimit caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem, ſic in *l.etiam*, ff.*de verb. ſignific. l. conuenticula*, C. *de Epiſcop. & cler. l.etiam*,C.*ſi tutor,vel curat.* notant *Coſm. in pragmat. ſanct. tit. de elect. verb. etiam,pag.97. verſ.a. Menoch. de arbitrar.lib.1. q.49. n.8. & de præſumpt. lib.4. q.180.n.52.& conſ.116.n.8. & conſ.158.n.75. & conſ.331.n.7. Surd. conſ.445. num.28. Gutier. pract.lib.3.q.32.n.13.Oct.Vulp. de præpoſ. & aduerb.ſignificat.in dictione.Etiam,n.1.pag.33.Bertaz. de clauſ.inſtrument.clauſ.4. gloſ. 17. Cened. pract. & canon.*

quæſt.

*quæſt.ſing.*51.*n.*1.*&* 5. *Ferrer. in conſtit. Cathaloniæ, gloſ.*4.*nu.* 272. *Cald. Pereyr. quæſt. foren. ſeu recept. ſent. conſ.*29.*n.*11. *Sigiſm. Scaccia de camb.*§.7.*gloſ.*3. *n.*18. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.*2.*lit. D. concluſ.*275.*Rota Bonon. diuerſ. deciſ.*25. *n.*15. *Card. Seraph. Rota Rom. deciſ.*530.*n.*6. *Rota Romana in nouiſſimis nouiſſimar. apud Farin. deciſ.*689.*n.*4. & nouiſsime *apud eundem Farin. deciſ.*222.*n.*3.*& deciſ.*721.*n.*6. *&* 7. *tom.*1 *par.*2.

5 Implicat etiam alium caſum non expreſſum. *Surd. conſ.* 353.*n.*7. *Cened. d. ſing.*51.*nu.*2. vbi id admittit in materia ſtricta, & exorbitante: ſed verius eſt, quòd auget, & implicat in materia ſtricta, & odioſa cum pluries repetita eſt, vt deciſum eſt nouiſſime in *Rot. Rom. apud Farin. deciſ.*51.*n.*8.*tom.*1.*par.*1.

6 De natura huius dictionis eſt extendere, & implicare quod prius non erat dictum. *Rota Romana in nouiſs. nouiſsimar. apud Farin. deciſ.*408. *nu.*1. Implicat etiam caſum præcedentem cum eiſdem qualitatibus. *Maſcard. de probat. concluſ.*1265.*n.*33. Et repetit conditionem, & qualitatem præcedentis diſpoſitionis in ſequentem, vt ex *Peregrin. de fideicommiſ. art.*16. *n.*20. notat *Galganet de condit. & demonſtr. par.*2.*cap.*1.*q.*18.*n.*6.

7 Item aliquando habet vim copulatiuæ, ex notatis per *Surd. Mantuæ deciſ.*210.*n.*14.

8 Interdum dicitur alternatiua, vt per *Ferrer. in conſtit. Cathaloniæ. gloſ.*5.*n.*109.

9 Adiuncta dictioni, Et, auget diſpoſitionem, ex text. in *l. ſi quis ſeruum*, §. *etiam*, ff. *de peculio.* notat *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.*36.*n.*25.

10 Præſupponit dictionem, non ſolum, ex notatis per *Matienſo in l.*4. *num.*2. *gloſ.*1. *tit.*7. *lib.*5.*noua recopilat.*

11 Quandoque interpretatur pro, ſcilicet, vt per *Cened. ſing.* 51. *num.*6.

DICTIO XCVI. Etſi.

1 Ponitur hæc dictio pro, etiã ſi, vel quamuis. *cap. dudum de præbendis in 6.* §. *qua ratione inſtit. de pupillari ſubſtit.* notant *Menoch. de arbitr. iudic. caſu* 319. *n.*24. *& n.*25. *Oct. Vulp. de præpoſit. & aduerb. ſignif. ſub dictione Et plus, verſ. & ſi pag.*35 vbi etiam dicit quod aduerſatur præcedentibus in facto, retentis eiſdem qualitatibus.

DI-

DICTIO XCVII.
Et ſic.

1 EST repetitiua ſenſus verborum præcedentium. *Galgan. de condit. & demonſtr. par.2.cap.1.q.18.n.9.* Et eſt reſtrictiua, ac explicat verba antecedentia generaliora, eaque reſtringit, vt notat *Ruin.conſ.102. nu.11. lib. 2.* quem citat *Anton. Monach. Bonon. deciſ.54.n.5.*

DICTIO XCVIII.
Ex.

1 DEnotat regulariter cauſam immediatā & proximam: probant textus in *l.1.§. ex incendio, ff. de incend.ruin. & naufrag. l.1.C. ſi ſeruus exter. l. non dub. C. de leg. cap. inter dilect. de fide inſtrum.* notant *Hippol. in l.1.n.11.C. ad l.Cornel. de ſicarijs, Guil. in cap. Raynūtius, verb. cætera bona, n.28. de teſtam. pag. 232. verſa. Menoch. conſ.40.n.3. & num.29. & de præſumpt. lib.4. q.81.n.13. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit.20.n.29. Brunor. à Sole in locis communib. verbo dictio, n.9. Surd. conſ.573.num.41. Cald. Pereyr. de poteſt. eligen. cap. 13.n.24. & cap.14.n.4. & n.39. Cened. pract. & canon. quæſt. ſing. 30.n.1. Bened. Aegid. in repet. l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure cap.4. n.2. part.1. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.2. litt. D. concluſ.276. n.4. cum ſeqq. Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.26. gloſ.10.n.1. Hyeron. Fernand. de Otero in interpretat. cap.1. de iudic. n.5.* nouiſſime *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.507.n.10. tom.1. part. 2. Ferrer. in conſtit. Cathaloniæ gloſ.2.n.15. & 16. & gloſ.7.num. 84.* vbi etiam aſſerit quòd ſi iungatur cum genitiuo, originem denotare ſolet. Et eſt differentia inter Ex, Ob, & Propter: quia Ex cauſam propinquā denotat; Ob, & Propter remotam: *ita Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignificat. in dict. Ex n.2. Bertazol. d. gloſ.10.n.1.*

2 Nonnunquam tamen ratione materiæ, & ad vitandum contrarietatem, vel abſonum intellectum, dictio hæc denotabit cauſam mediatam vel remotam, vt in *d.§. ex incendio, & in l. finita, §. deinde,* vbi *Bart. ff. de damno infect.* notant *Octau. Vulp. d. loco, n.1. Menoch. conſ.40. n.29. & de præſumpt. lib.4. q.81. n.16. Caldas Pereyra d.c.14.n.38. Cened. d. ſing.30.n.5.*

3 Naturalitatem exigit, nec eſt

eſt ciuili contenta, vt ex *Tiraq. in l.ſi vnquam,verb.liberos,n.*13. *C.de reuocan.donat.* cũ alijs quos citat *Caldas Pereyra de poteſt eligendi cap.*13.*n.*21.

4 Extrinſecitatem & ſeparationem denotat, vt per *Cardin. Seraph.Rot.Rom.deciſ.*461.*n.6.*

5 Aliquando accipitur pro A, vel Ab,vt in *l.2.verſ.initium, & verſ.ex veteri iure,C.de veteri iure enucl. & in l. in ambigua, ff.de legib.* notat *Cened.d.ſing.*3. *n.*5. Et huiuſmodi dictiones denotantes terminum à quo,ſuapte natura ſunt excluſiuæ & ſeparatiuæ. notant *Cened.d.ſing.*30.*n.* 7. & ex *Tiraq. Magon.* & alijs *Gonzal.ad regul.*8. *Cancell.gloſ.* 12.§.1.*n.*23. vbi n.24. limitat, niſi aliud materia ſubiecta vel natura contractus, aut mens diſponentium,ſeu fauor,aut odium perſuadeat;vel vt euitetur abſurdum,ſeu correctio: nam tunc ſtabit incluſiue. Regulariter tamen dictio, Ex, propoſita diei, eum diem excludit, ex *Tiraq. de retract.lig.*§.1.*gloſ.*11.*nu.*55. *cum ſeq.* ac ex alijs notat *Cened. dict. ſing.*30.*n.6.* Et excludit diem à quo, vt non computetur. ita *Sigiſm.Scaccia de appel.q.*12.*n.*57.

6 Interdum interpretatur pro propter,vt in *l.dotale prædium* 2. *iuncta gloſ.fin.ff.de fundo dotali, l.*3.§. *cum Pollidius, ff. de vſur. Cened.d.ſing.*30.*n.*4.

7 Item dictio hæc tempori appoſita exponitur pro Poſt, vt in *l.vna,* §. *item ſi ex die cum ſeq. ff.quãdo dies legati cedat. l.*1.§.1. *iuncto* §.*ſi mulier,ff.de lib.agnoſc.* Plinij, & Plauti auctoritatibus confirmat *Tiraq.d.*§.1.*gl.*11.*nu.* 54. quem citat *Cened.d.ſing.*3.*n.* 5.vbi etiam addit quod accipitur pro dict. De, & quod exponitur pro In,per text. in *l.ex ijs, ff.de leg.& in l.2.ff.de cuſtodia reorum.*

8 Multiformiter à Iuriſconſultis obſeruatur hæc dictio, & plures patitur ſignificationes, ſecũdum diuerſa verba quibus annectitur. Dicimus, ex die diuortij, ideſt poſt diem diuortij non computato illo die. *l. licet in fine, ff. de iure dot. l. hæreditas ex die, ff. de hæred. inſtituen. l.* 1. §.1. *iuncto* §.*ſi mulier, ff. eod. tit. de iure dot.* Ex animo facere,ideſt ex voluntate, non fictè, vel coactè. *l.*3.*ff.de adult.* ibi, *quam ex animo accuſare*. Ex ſua voluntate,ideſt ſponte & ſine mandato *l.eum qui ex ſua voluntate, ff.de minoribus*. Ex eo, ideſt, ea propter,ea cauſa,propter hoc.*l.*1.*in prin.ff.de poſtulan.l.qui teſtamentum in fin.ff.de probat* aliquando

interpretatur, Inde, *l.4.§.fin.ff.de ſtat. hom.* Ex hoc, ideſt hinc ſeu vnde, vt in *l.& ſeruorum, §.ex hoc quæſitum, ff.de ſtat.hom.* Ex corporis vitio, ideſt propter corporis vitium, *l.ob quæ vitia in prin. ff.de ædilit. edict.* Ex continenti, ideſt incontinenti ſeu mox, *l.ſed ſi ex parte, §.penult.ff. quod cum eo.* Ex latere, ideſt ex tranſuerſo, *l.fin. ff.de ritu nupt.l.1.ff.de gradib.* Ex lege capere, ideſt ſecundum legem, *l.quemadmodum, §. magiſtratus, ff. ad legem Aquiliam.* Ex poſt facto, ideſt poſtea, vel poſt factũ *l.ſi Titio, ff.de pign. l.omnis hæreditas, ff.de regul.iur.*

DICTIO XCIX. Excommunicetur.

1 VErbum hoc eſt canon latæ ſententiæ, vt per citatos à *Cened. ad Decretales collect.7.n.14.*

DICTIO C. Exinde.

1 DIctio hæc idem ſignificat quod, propter hoc, quapropter, vt in *l.qui ſe dicit, ff. de capit.deminut.* Exponitur etiã pro ex eo, vt in *l. tutelas, ff. eod. tit.* late *Rebuff. in comment. ad l. portus 59. verſic. ex inde, ff.de verb.ſignif.pag.305.* vbi late de hac dictione loquitur; & multa adducit, quæ pleniori otio ſunt videnda.

DICTIO CI. Ex nunc, Ex tunc.

1 VIs & natura harum dictionum eſt, vt diſpoſitio, in qua ponuntur, retrotrahatur ad tempus actus, & futurum tempus trahant ad præteritum. notant *Tiraq. de iur. conſtit. limit.2.nu.16. Rebuff. in comment. ad l.mulieris appellat.23. verſic. præterea, ff.de verb.ſignif.pag.91. Cened.pract.& canon.quæſt.ſing.14.num.1.*

2 Operantur quod vnum tempus videatur alteri ineſſe, & quod ex quolibet tempore dici põſſit actum initium ſumere, vt per *Octau. Vulp.de præpoſ. & aduerb.ſignific. in dictione ex nunc pag.36. Maſcard.de probat. concluſ.1229.n.33.*

3 Poſſeſſio transfertur per clauſulam conſtituti, quãdo adijciuntur hæ dictiones. notant *Neguſ.de pign.par.2. memb.2. nu.4. Tiraq.d.limit.2.num.15. Octau. Vulp.d.loco.n.2.*

4 Vtrum autem per has di-

ctiones inducatur canon latæ ſẽtentiæ,vel ferendæ,vide per citatos à *Cened.ad Decretales collect. 36.num.3.*

5 Conſtitutio in qua ſunt huiuſmodi dictiones, ex nunc, vel ex tunc, ſtatim ligat à tempore promulgationis illius. *gloſ.ſing.in Clem.2.verſ.ex nunc de hæret.Tiraq.de retract.conuent.§.2.gloſ.1. nu.86. Rebuff. in comment.ad d.l. mulieris appellatione, verſ.idem:* vbi *in verſ.ideo*, aſſerit quod lex trahitur ad præterita, quando adiecta fuerit illa dictio. & in *verſ.nono, pag.91.* tenet dictionem,ex nunc, ſuſpendere actum & ſententiam interlocutoriam Iudicis,vſque ad extremum tempus iudicis, quemadmodum dictio ex tunc, vt in *cap. licet. de probat.*

6 Deinde huiuſmodi dictiones non præteritum, ſed præſentis verbi actum, futurum vero effectum ſignificant, probat tex.in *l.lecta*, ff.*ſi certum petatur*, notat *Anton. Monach. Bonon. deciſ.40. punct.3.n.6.*

DICTIO CII.
Ex tunc.

1 EXtremitatem temporis ſignificat, & denotat vltimum temporis implemẽtum, vt in *l.4.ff.de condit. & demonſt. l.vlt.ff.de fideicommiſſ. libertat.l. in ſubſtitutione, §.final. iuncta gloſ. verb. ex eo, ff.de vulgar. & pupillar.ſubſtit.cap.ſuper eo 2.de appellat. cap.ſi eo tempore de reſcript. in 6.gloſ. in Extrauag.ſuſcepti Ioan. 22. de elect.* notant *Tiraq.de retract.lig.§.1.gloſ.11. n.39.Rebuff.in comment.ad l.mulieris appellat.13.verſic.8.ff.de verb.ſignificat.pag.91.Matienſ. l.14.gloſ.1.n.44.tit.4.lib.5.nouæ recopilat.Card.Tuſch.pract. concluſ.tom.2.lit.D.concluſ.279.n.1. Flamin.de reſignat.tom.2.lib.11. q.2.num.15.Cald.Pereyr. quæſt. foren.ſeu recept.ſenten.lib.1.q.6. num.74.*

2 Item regulariter excludit diem à quo, vt non computetur. notat *Sigiſm.Scaccia de appellat. q.12.n.57.*

3 In actu conditionali refertur ad conditionem, & nihil antea efficit. *Flam.de reſign. lib.6. q.4.n.59.Cened.pract.& canon. quæſt.ſing.14.n.3.*

4 Habet vim latæ ſententiæ, vt ex tunc excommunicationem incurrat, iuxta reſoluta per *P.Rebell. de obligat.iuſtit.part.1.lib.1. q.6.ſect.6.num.37.Sayr.in* Claui *Regia lib.3.cap.8.nu.27.Monet.*

D 2 *de di-*

de diſtribut. quotidian. part. 3. q. 7. n. 36. & 37.

DICTIO CIII.
Expellatur.

1 VErbum hoc denotat latam ſententiam, ſonat enim in factum non in ius: & ſic innuit, quod non eſt neceſſaria ſententia priuationis, ſed ſufficit expulſio facti; iuxta reſoluta per *Tiraq. in l. ſi vnquam, verb. reuertatur*, *nu.* 174. *C. de reuocan. donat.*

DICTIO CIV.
Ex poſt.

1 POteſt hæc dictio referri etiam ad longum interuallum. *Rot. Bonon. diuerſ. deciſ.* 34. *n.* 23.

DICTIO CV.
Extra.

1 IMportat remotionem, & ſeparationem, vt in *l. abſentem*, ff. *de verb. ſignific.* notat *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concluſ.* 280. *n.* 1. vbi n. 5. dicit, quod verba illa, extra ciuitatem, non intelliguntur extra muros Ciuitatis, ſed extra continentia Ciuitatis; cuius appellatione veniunt ſuburbia.

2 Dictio hæc ex diametro aduerſatur dictioni intra. *l.* 1. §. *ſiue autem*, ff. *de aqua quotid. & æſtiua*, ibi, *ſiue autem intra vrbem ſit aqua, ſiue extra, huic interdicto locus erit.* notant *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignific. ſub dictione, Ex, verſic. extra pag.* 36. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 280. *nu.* 4. *Bertazol. de Clauſulis inſtrum. clauſ.* 26. *gloſ.* 6. *n.* 1. & 2.

DICTIO CVI.
Fere.

1 POnitur comparatiuè, in *l. magis*, ff. *de rebus creditis*: & quandoque electiuè, in *l. & ſi forte*, §. *hæc actio*, ff. *de ſeruit. & in l.* 1. §. *fin.* C. *communi diuidundo*. notat *Octau. Vulp. de præpoſit. & aduerb. ſignific. in dictione fere pag.* 38.

2 Eſt diminutiua, & non firmat in omnibus. ita *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *pag.* 536. *nu.* 9. De ſui enim natura importat diminutionem & imperfectionem, vt nouiſſime decidit *Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 290. *n.* 1. *tom.* 1. *part.* 2.

DI-

DICTIO CVII.
Fiat.

1 Verbum hoc futurum tempus reſpicit, vt colligitur ex text.in *l.2. §.deinde, ff. ne quid in loco publico, l.1.in prin, ff. de flumin.* notat *Tiraq. in l.ſi vnquam, ver.reuertatur, n.*208. *C.de reuocand.donat.*

2 Aliquando denotat tempus præſens, vt *Geneſ.1.Fiat lux, & facta eſt lux. & Lucæ 1. Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* ita *Maſcard.de probat. concluſ.*845. *num.*17.

3 Non imponitur tamen per hoc verbum pœna ipſo iure, cum ſit futuri temporis, iuxta notata in *cap. in pœnis de regul. iur.in 6.* & quæ tradunt *Panormit. in c.2. & in cap.ſi diligenti, de foro competent.Tiraq.d.verb.reuertatur, nu.*39.*Sayr.in Claui Regia lib.3. cap.8.nu.21.verſ.fallit. Ludou. Carbon.in tract.de legibus lib.8. diſp.6. in princip. verſic. ſecunda regula. Moneta de diſtribut. quotid.p.3.q.7.n.41.*

DICTIO CVIII.
Forſan, Forſitan, Fortaſſis.

1 Qvando huiuſmodi dictiones apponuntur, nihil affirmatur: & ideo non eſt neceſſaria verificatio eius quod per tales dictiones aſſeritur, per text. in *l.in ſubſtitutione, ff.de vulgari.* notant *Octau.Vulpell. de præpoſit.& aduerb.ſignificat. ſub dictione fere, verſic.forſan.pag.*38. *Gonz.ad regul.*8. *Cãcellariæ gloſ.*32.*nu.*10. *&* 11. Aliquando tamen ſunt notæ aſſertionis, ex *Rebuff.in comment.ad l.oſtenſum* 38. *verſ.forte, ff.de verb. ſignif.pag.*208. *& in cõcord.tit.forma mandat.Apoſt.pag.*715.

2 Forſan ſtat aſſertiuè ſecundum ſubiectam materiam. *cap.2. verb.forſan de teſtament. cap.3. de ſtatu monach.* notant *Cardin. Tuſch.pract.concluſ.tom.2.lit.D. concluſ.*281.*n.6. Rot.Rom.nouiſſ. nouiſſimar. deciſ. apud Farinac. deciſ.*35.*n.*3. Vnde vulgo dicitur, Sub dubio forſan reſpondent ſæpe periti.

3 Forſitan eſt nota dubitationis, vt in *l.Gallus, §.forſitan, ff. de liber. & poſthum.* Idem etiam dic de dictione fortaſſis, vt in *l.1. §.ſi quis neſciat, ff.de iur. & facti ignorantia. l.Ialia 2.ff. de ritu nuptiar.*

DICTIO CIX.
Forte.

1 Hæc dictio ſimilis eſt præcedentibus; de-

quarum materia & effectibus late agunt *Tiraq. in tractatu ceſſante cauſa limit.* 10.*nu.*1.*Cened. pract. & canon. quaeſt. ſing.* 36. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concluſ.* 281.

2 Regulariter hæc dictio forte, eſt nota dubitationis, & ſignificat dubitationem facti non iuris, vt in *l. vrbana prædia, & in l. abſentem, ff. de verb. ſignif. l. mutus, & l. fil. famil. ff. de procurat. l. ſi duo*, & ibi *gloſ. ff. de receptis arbitris.* notant *Rebuff. in comment. ad l. oſtenſum* 38. *verſ. forte, ff. de verb. ſignific. pag.* 208. *& in compendio alienat. n.* 71. *pag.* 66. *Oct. Vulp. de præpoſit. & aduerb. ſignif. in dictione forte, pag.* 38. *Cened. d. ſing.* 36. *n.* 1. *Card. Tuſch. d. concl.* 281. *n.* 1.

3 Aliquando tamen eſt nota aſſertionis. vt in *cap. ex parte de celebrat. miſſar. & in cap. ſi forte de elect. in 6.* notant *gloſ. verb. Propter in c. 2. vt lite non conteſt. Rebuff. d. verſ. forte. Menoch. conſ.* 25. *num.* 14. *Bernard. Græuæus in pract. Cameræ imperial. lib.* 2. *concluſ.* 10. *nu.* 10. *Octau. Vulpell. d. loco*, vbi dicit quod prolata in ſententia videtur afferre affirmationem.

4 Vnde doctor loquens per verbum forte, cenſetur nihilominus affirmare quod dicit. *Surd. deciſ.* 78. *nu.* 4. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 281. *nu.* 4. *Octauian. Vulpell. d. loco. n.* 2. Doctor enim cõſulens per hanc dictionem, non dubitatiue ſed aſſertiue cõſulit. *Menoch. conſ.* 25. *n.* 14. & illi ſtandum eſt, quia quantum ad ſe cẽſetur quæſtionem decidere. ita *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 14. *gloſ.* 6. *num.* 3.

5 Teſtis tamen deponens per verbum, forte, nihil concludit, quia videtur dubitatiue deponere, prout reſoluit *Card. Tuſch. d. concluſ.* 281. *n.* 2.

6 Cauſa, in qua hæc dictio forte ponitur, ceſſante non ceſſat effectus, vt per *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit.* 10. *nu.* 1. vbi etiam addit quod reſpicit factum ſiue facti accidentia, non vero iuris diſpoſitionem.

7 Importat cauſam impulſiuam, vt per *Tiraq. d. limit.* 10. *nu.* 1. *Mar. Anton. Variar. reſolut. lib.* 3. *reſolut.* 40. *n.* 48.

8 Aliquando ponitur explicatiue, vt in *l. quod ſi, ff. de pignor. action.* Nonnunquam abundat. *l. ſi pupilli*, §. *final. ff. de negotijs geſtis.*

DI-

DICTIO CX.
Fruſtra.

1 IMportat nullitatem actus ipſo iure, vt per *Tiraq. in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, nu. 130. C. de reuocan. donat. Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 1. cap. 7. n. 4. Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ. 7. nu. 132. Rebell. de obligat. iuſt. part. 1. lib. 1. q. 6. ſect. 6. n. 37. Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignif. in dictione fruſtra, pag. 39.* vbi etiam ex Abb. dicit, quod de proprietate huius dictionis eſt, denotare quandam annihilationẽ, & actus nullitatem. Ibi etiam addit, quod poteſt ſtare, vbi actus exceptionis ope venit infringendus, per *l. 1. C. de non numer. pecun.*

DICTIO CXI.
Habeat.

1 VErbum hoc eſt canon latæ ſententiæ, ſed non ſignificat ipſo iure; prout notant *Hipolit. in rubr. ff. ad l. Cornel. de falſis, num. 25. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, nu. 216. C. de reuocan. donat. Gutier. pract. lib. 2. q. 118. n. 3.*

2 Verbum habere, eſt generale, & comprehendit tam dominium, quam poſſeſſionem, & de facto detentionem. *l. ſtipulatio iſta, §. hi qui, ff. de verb. obligat. l. habere duobus modis, ff. de verb. ſignificat. l. 2. §. 1. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* notant *Rebuff. in comment. ad l. id apud ſe 143. verſ. ſecundo quis dicitur habere, ff. de verb. ſignific. pag. 523. Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ. 26. gloſ. 4. n. 2. & 3. & clauſ. 35. gloſ. 3. n. 1.* vbi n. 2. dicit quod verbum exigere, proprie importat ab inuito extorquere, per *l. debitor,* vbi *Alciatus in fin. ff. de verb. ſignificat. & gloſ. in l. fidei commiſſ. §. ſi rem, ff. de legat. 3.* Si vero iungatur cum verbo poſſidere, denotat ciuilem poſſeſſionem, vt per *Farin. de delict. par. 4. conſ. 95. n. 6.*

DICTIO CXII.
Hactenus.

1 DEſignat hæc dictio tempus præteritum, vt in *l. 1. in prin. ff. de noui operis nunciat.* notat *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. litt. D. concluſ. 283.* Si ponatur excluſiue, excludit tempus præteritum vſque ad illum diem, prout nouiſſime decidit *ſacra Rot. Rom. apud Farinac. deciſ. 223. n. 8. tom 1. part. 2.*

DICTIO CXIII.
Haud.

1 INducit negationem, & exponitur pro non, vt in *l. ita ſtipulatus, ff. de verb. obligat. & in l.* 1. vbi *gloſa verbo, controuerſia, ff. ſolut. matrim.* notat *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 59. *n.* 3.

DICTIO CXIV.
Hic.

1 PRonomen hoc eſt demonſtratiuum rei ad oculum, *l. nemo, ff. de hæred. inſtituen. Surd. deciſ.* 125. *n.* 1. *& conſ.* 308. *n.* 16. *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 59. *nu.* 4. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 260. *n.* 3. *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignific. ſub. dict. Hactenus verſ. Hæc*, vbi etiam dicit quod eſt demonſtratiuum ad oculos intellectus, per *l.* 1. vbi *Caſtren. num.* 1. *ff. de pactis*.

2 Item per hoc pronomen inducitur repetitio qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem. *Galgan. de condit. & demonſtrat. part.* 2. *cap.* 1. *q.* 18. *n.* 15.

DICTIO CXV.
Hinc.

1 DEnotat hæc dictio, quod tempus currat de momento ad momentum, & quod dies ipſe termini computetur in termino, quia incluſiue ponitur. notant *Bart. Bald. & Angel. in l.* 1. *ff. ſi quis caut. Tiraq. de retract. lig.* §. 1. *gloſ.* 11. *n.* 23. *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. in dictione Hinc, pag.* 40. *Cened. practic. & canon. quæſt. q.* 59. *n.* 1.

2 Hinc ad decem dies; vel, hinc & infra decem dies; eſt aduerbium importans extremitatem, & cohærentiam ſubiecti; vt tēpus currat de momento enunciato ad momentum. ita *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 285. *n.* 1. & num. 2. aſſerit quod importat idē quod, ex hac die in antea; vel, ex hac cauſa; vel, ex hoc; vt in *l. Fulcinus, §. ſed is qui fraudationis, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ.* vbi *gloſ. verb. nec hinc*; cum alijs, de quibus *Card. Tuſch. vbi ſupra. n.* 5.

DICTIO CXVI.
Hoc amplius.

1 ESt repetitiua præcedentium. *l. ſi tibi pure, ff. de lega-*

legatis 3.*l.qui dotem*, ibi, *hoc amplius denarios decem*, *de dote præleg. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.*179.*n.*12. *Azeuedo ad l.*2.*n.*3. *tit.*4. *lib.*8. *noua Recop. Stephan. Gratian. diſcept.forenſ. cap.*116. *num.*30. *Card.Tuſch.practicar. concluſ. tom.*2.*litt.D. concl.* 286. *num.*4. *Cened. pract. & canon. quæſt.ſing.* 59.*nu.*7. vbi etiam aſſerit quod inducit aliquid de nouo. idem dicit *Octauian.Vulpell. de præpoſit. ſeu aduerb.ſignific. in dict.Hoc amplius,pag.*40. vbi etiã notat non ſolum repetere ſubſtantiam præcedentis legati, ſed etiam qualitates. Secus tamen eſt quando ponitur ſine dict.hoc, vel,eo; quia tunc reiterationem actus legandi inducit, verum tamen antiquum legatum non repetit; vt in *l.ſi ſerius legatus*, §.*ſi ita ſcriptum*; ff. *de legatis* 1. *Azeuedo d.l.*2.*n.*8.

2 Dictio hæc includit ſequẽtia eiuſdem conditionis, quibus erant incluſa præcedentia: & quę in præfationibus dicuntur, in ſequentibus repetita intelliguntur. *Card.Tuſch.d.concl.*286.*n.*1.

DICTIO CXVII.
Hoc ipſo.

1 HAec dictio denotat ipſo iure. *gloſ. in Clem. vlt. verbo hoc ipſo, de præbend.* notant *Tiraq. in l.ſi vnquam, verbo Reuertatur, nu.*118. *C.de reuoc.donation. Cened. practic. & canon. quæſt.ſing.*59.*n.*8. & infra latius *in dict. ipſo iure*. *Moneta de diſtribut.quotid.p.*3.*q.*7.*n.*35.

DICTIO CXVIII.
Hodie.

1 NOn differt ſolutionem, ſed repræſentat actionẽ, id eſt facultatem agendi: idemq. eſt, hodie dabis, quod in præſens dabis. *argum.l. talis ſcriptura, in ver. quamuis*, ff. *de legatis* 1. Et quãuis regulariter dies adiecta ſolutionem differat, ita vt expectanda ſit diei finis, *l.qui hoc anno*, ff. *de verborum obligat.* tamen dictio hæc nullam tribuit dilationem. *l.liber homo*, §.*decem*, vbi *Zaſ.* ff. *eod. tit.* ita *Octauian. Vulpell. de præpoſ. & aduerb.ſignificat.in dict.Hodie*, *pag.*41.

DICTIO CXIX.
Huiuſmodi.

1 EST relatiua precedentium cum omnibus ſuis qualitatibus. *gloſ. in cap. Abbate de elect. in.*6. *Rebuff. in comment. ad l.*1. *verſ.huiuſmodi ſtipulationes*, ff. *de*

ff. de verbor. ſignific. pag. 6. Nau. in cap. ſi quando, remed. 6. n. 5. de reſcriptis. Octauian. Vulpell. de prępoſit. & aduerb. ſignificat. ſub dict. Hodie verſ. Huiuſmodi pag. 41. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 4. *n.* 4. *Card. Seraphin. Rota Rom. deciſ.* 388. *n.* 6. *& deciſ.* 606. *n.* 3. *&* 14. *& deciſ.* 624. *n.* 2. nouiſſime *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 373. *nu.* 6. *tom.* 1. *par.* 2.

2 Importat idem, ac ſi diceret talis vel tale. *l. huiuſmodi, ff. de legatis* 1. *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concl.* 287. *n.* 2. vbi n. 1. aſſerit quod poſita poſt certum ordinem expreſſum, reſtringit diſpoſitionem ad id, ad quod adijcitur.

3 Reputatur etiam vt demonſtratiua, & vti relatiua prædicatur ab omnibus. *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ.* 1. *n.* 110.

DICTIO CXX.
Iam.

1 EST completiua hæc dictio, & nõ reddit rẽ dubiam, vt per *Gutier. conſ.* 18. *n.* 48. *&* 49.

2 Iam diu, non poteſt adaptari ad duos dies præcedentes, ſed includit longum tẽporis ſpatium. notat *Cardin. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 47. *n.* 1.

3 Iamdudum ſecundum grãmaticos tria tempora continet, ſed proprie continet tẽpus præteritum, vt per *Bertazol. de clauſ. inſtrument. clauſ.* 3. *gloſ.* 1. *n.* 4.

DICTIO CXXI.
Idcirco.

1 OStendit cauſam, eiuſq. natura eſt, vt cauſaliter ponatur. ita *Bart. in l. demonſtratio falſa, §. quod autem, verſ. idem puto, ff. de condition. & demonſt.* quem refert *Octauian. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. in dict. Idcirco, pag.* 41.

DICTIO CXXII.
Idem.

1 IDem dicitur illud, cuius vna eſt ſubſtantia. ita *Bertazol. de clauſulis inſtrument. clauſ.* 21. *gloſ.* 14. *n.* 8.

2 Eſt dictio relatiua, & repetit qualitates in præcedenti diſpoſitione expreſſas, vt in *l. à filio, §. teſtator, ff. de alimentis & cibar. leg. & in l.* 1. *in fine, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* notat *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 97. *num.* 1. *Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignific. in dict. Idem, pag.* 41. *col.* 2. Refertur

ſolum

ſolum ad præcedentia, nec habet tractum ad futurum, ex *Tiraq. de retractu lig.* §. 1. *gloſ.* 9. *nu.* 24. quem citat *Cened. d. ſing.* 97. *n.* 2. vbi n. 3. aſſerit quod non ſolum refertur ad id quod eſt idem in ſpecie, ſed etiam ad illud quod eſt idem in genere. Solet enim æquiparare caſum ſequentem præcedēti, ex *Menoch. conſ.* 130. *num.* 7.

3 Importat omnino eandem in diuerſis caſibus cenſuram, ſeu deciſionem. Et ideo ſi ſtatutum dicat, Et idem ſeruetur in alio caſu, cenſetur diſponere & decidere eodem modo quoad omnia, vt aſſerit *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 288. *n.* 1. vbi n. 2. limitat quando ex ſequentibus talis dictionis induceretur alteratio.

DICTIO CXXIII.
Ideo.

1 Cauſalis eſt, & idem ſignificat quod, ob cauſam, ob id, vt in *l. mulieris*, ff. *de verb. ſignificat.* nouiſſime deciſum eſt in *Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 29. *n.* 1. *tom.* 1. *p.* 2. Et huiuſmodi dictiones reſpectu omnium præcedentium ſunt poſita, quaſi ex cauſa præcedentium fiat diſpoſitio. *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 289. *nu.* 1. Interdum hæc dictio capitur pro, itaq. ex hoc; vt in *l. ager*, ff. *de verbor. ſignif.* Aliquādo ſumitur pro, ideoq. vt in *l. aliud*, ff. *eod. tit.* & *in* §. *apum*, *Inſtit. de rerum diuiſ.*

DICTIO CXXIV.
Id eſt.

1 Declaratiua & reſtrictiua eſt, vt in *l.* 1. *in princ.* vbi *Bart. ff. ad leg. Aquil.* notat *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 21. *gloſ.* 23. *n.* 3. *Octauian. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignif. ſub dict. Item, verſ. Id. eſt pag.* 43. præcipue ſi ponatur inter genus & ſpecie. *Picbard. in* §. *item is cui*, 2. *n.* 39. *Inſtit. quibus modis re contrahitur.* Aliquādo tamen ponitur declaratiue, & nō reſtrictiue, vt per *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 97. *n.* 4. vbi nu. 5. dicit quod interdum ſtat reſtrictiue.

2 Idem ſignificat, quod, ſcilicet, & videlicet, vt per *Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 38. *gloſ.* 3. *num.* 3.

DICTIO CXXV.
Ille.

1 Significat ocularem, & expreſſam demonſtrationem.

notant

notant *Surd. deciſ.*125.*n.*1. nouiſſime *Anton. Monach. Bonon. deciſ.*61.*n.*46.

DICTIO CXXVI. Illicite.

1 Illicite dicitur fieri, quod à iure prohibitum eſt, vt probatur in *l. fideicommiſſa*, §. *ſi illicite, iuncta gloſa*, *ff. de legatis* 3. & in *l. licitatio*, §. *quod illicite*, ff. *de publican.* & in *l. ſi filiæ*, C. *de donat. ante nuptias*. notat *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 27. *gloſ.* 19. *n.* 5. vbi etiam addit quod licere nobis dicitur, quod conceditur.

DICTIO CXXVII. Igitur.

1 Ponitur illatiue, vt illationem, ſeu conſequentiam faciat. *l. diuus*, ff. *de cuſtodia reorum*, *l. ſi procurator*, §. *ſi ignorantes*, *verſ. igitur*, ff. *mandati*, notant *Bolog. in l. re coniuncti*, *n.* 60. ff. *de legatis* 1. *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. ſub dict. item*, *verſ. igitur*, *pag.* 43. vbi etiam dicit quod quãdoque ſtat inceptiue, per *l. ius ciuile*, vbi *gloſ.* ff. *de iuſtitia & iure*.

DICTIO CXXVIII. Illico.

1 Operatur ſine interuallo, vt in *l. idemque*, §. *ſi cui mandauero*, ff. *mandati*. *l. ſi quis in tantam*, C. *vnde vi*. Et idem oſtendit, quod dictio, protinus, & ſine cunctatione, in *l. litigator*, C. *de appellat.* notat *Menoch. remed.* 1. *recuper. n.* 252.

2 Illud dicitur illico fieri, quod infra triduum fit, vt in *l. infra decem dies*, C. *quomodo, & quando iudex*. *l. fin.* C. *de indicta vid. toll.* ita tenent *Maſcard. de probation. concl.* 1084. *n.* 10. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 43. *num.* 51.

3 Intelligitur etiam hæc dictio ipſo iure, vt in *l. vlt.* C. *de iudic.* notat *Tiraq. in l. ſi vnquam*, *verb. reuertatur*, *n.* 115. C. *de reuocandis donat.* vbi etiam aſſerit habere executionẽ paratam, vt rem iudicatam, nec requiri aliã condemnationem. quod etiam tenent *Sayr. in claui Regia*, *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 27. *Moneta de diſtribut. quotid. p.* 3. *q.* 7. *n.* 36. & 37.

DICTIO CXXIX. Immediate.

1 Ex vera, & propria ſignificatione reijcit omne interual-

teruallum; nam id immediatum eſt, quod eſt ſine medio, & denotat aliquid fieri ipſo iure, vt per *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, n.*125. C. *de reuoc. donat. Rebell. de obligat. iuſtit. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 6. *ſect.* 6. *n.* 37.

DICTIO CXXX.
Imò.

1 DE ſui natura regulariter eſt correlatiua præcedẽtium, & aliquando non ponitur correctiue, ſed copulatiue, & ampliatiue; veluti quando coniungitur cum dictione, etiam, vel copula, &. notant *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. imo, pag.* 43. *Cened. pract. & canonic. quæſt. ſing.* 52. *nu.* 1. *&* 5. vbi *n.* 6. aſſerit quod interdum ponitur alternatiue, quando ſcilicet in præcedenti eſt eadem ratio, vel maior.

DICTIO CXXXI.
In.

1 DIuerſimode accipitur hæc dictio, vt per *Alberic. in ſuo diction. in eod. verbo. Bart. & alij in l. Gallus*, §. *ille caſus*, ff. *de liberis, & poſthum.* late de vi, & eius effectibus tractant *Tiraq. de retractu lig.* §. 1. *gloſ.* 11. *n.* 74. *Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignificat. in dict. in, pag.* 44. *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 17. *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 292. Et ideo propter multiplicẽ eius ſignificationem, arbitrio iudicis relinquitur, quod ſit eius ſignificatum. *Menoch. de arbitrar. caſu* 495. *n.* 1. *&* 2.

2 Intra importat in *l. Gallus, in princ.* ff. *de lib. & poſth.* notant *Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 26. *gloſ.* 4. *n.* 4. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 292. *n.* 11. Et eſt omnino aut prope eiuſdẽ ſignificationis. *l.* 1. §. *quod diximus*, ff. *de ſucceſſ. edict. Tiraq. d. gloſ.* 11. *n.* 74. *Menoch. de arbitr. iudicum lib.* 1. *q.* 99. *nu.* 7. *& de præſumptionib. lib.* 4. *q.* 126. *num.* 5 *Surd. deciſ.* 178. *n.* 3. *Oct. Vulpell. d. loco n.* 2.

3 Inter, importat, vt per *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 874. *num.* 3.

4 De, importat, vt in *cap. Accedens, verſ. in aliquo loco, de conceſſ. præb.* notat *Card. Tuſch. d. concl.* 292. *n.* 8.

5. Ex, importat, vt per *gloſ. in l. ſi patroni*, §. 1. ff. *ad S.C. Trebell. Card. Tuſch. d. concl.* 292. *n.* 9

6 Iuxta, importat, *Surd. deciſ.* 178. *n.* 3.

7 Apud

7 Apud, importat, vt in *l. fundi*, §. *item quod fundi*, ff. *de actionib. empt. Card. Tuſch. d. concluſ.* 292. *n.* 13.

8 Sub, importat, vt in *Auth. de depoſito collat. 6. circa princip. in verſic. in conditionibus*. notat *Card. Tuſch. d. concl.* 292. *n.* 7.

9 Supra, importat, vt in *l. ſi duo*, §. *item videamus*, ff. *vti poſſidetis*. notat *Card. Tuſch. d. concluſ.* 292. *n.* 12.

10 Vſque importat, quando iungitur accuſatiuo caſui: vt ſi fieri promittatur aliquid in diẽ, interpretamur, id eſt, vſque ad diem. *Bertazol. d. gloſ.* 4. *n.* 4. *in fine Octau. Vulpell. d. loco, n.* 2.

11 Denotat hæc dictio, In, intrinſecitatem in loco. *l.* 1. §. *in flumine*, vbi *Bart.* ff. *de fluminib.* notant *Tiraq. d. gloſ.* 11. *nu.* 66. *Octau. Vulp. d. loco in princ. Bertazol. d. gloſ.* 4. *nu.* 4. *Ioſeph Seſſe Aragoniæ deciſ.* 124. *n.* 27. *Card. Tuſch. d. concl.* 291. *n.* 1. vbi id intelligit, ſi iungatur ablatiuo caſui. & num. 2. dicit non denotare intrinſecitatem in accuſatiuo, ſi apponatur loco, vel tempori.

12 Diſtributiua eſt, vt docent *Menoch. conſ.* 124. *n.* 65. *Octau. Vulpell. d. loco, n.* 3. *verſ. eſt etiam.*

13 Adiuncta alteri dictioni habet vim negatiuæ, vt, inteſtatus. notant *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 1. *n.* 3. *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ.* 1. *n.* 27.

14 Eſt incluſiua, vt per *Card. Tuſch. practic. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 238. *n.* 5.

15 Facit conditionem, quando ſcilicet diſpoſitio ſuſpenditur in aliquem incertum euentum futurum, vt in *l. ſolemus*, ff. *de condition. & demonſtr.* & in *l. ſi cui legetur*, vbi *Bart.* ff. *de legatis* 1. cum alijs iuribus, quæ citat *Cened. pract. quæſt. ſing.* 17. *n.* 6. *cum ſeqq.*

Dum hanc lineam ſcriberem, & pluma eſſet in manu, mihi fuerunt datæ quædam litteræ chariſſimi parentis cum ſubſcriptionibus amicorum in patria Vimaran. cõmorantium, quibus nuntiabatur in inſigni Collegiata Vimaranenſi ſub peculiari inuocatione Beatiſsimæ Virginis da Oliueira Theſaurariam dignitatem menſe Nouembris præterito per obitum vacaſſe, quæ reddit in fructibus circiter millia ducatorum, cuius gratia die vltima Decemb. in principio anni 1621. omnium nobilium applauſu, & circumfuſa lætitia, in hac Curia fuit mihi conceſſa à S.D.N. Paulo V. Pontifice Maximo, inſtante pro litteris Illuſtriſs. ac Reuerendiſs.

rendiſs. Domino meo D. Ioanne Garſia Cardinale Millino, vltro eligente,& approbante Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D.D. Marco Aurelio integerrimo Sanctiſs. D.N. Papæ Datario, & vtriuſque Signaturæ Referendario. In qua prouiſione patronum ſuſcepi in cælis ſanctiſsimum Damaſum cooppidanum meum, quamuis aliqui *falſo* dicant abſque aliquo probabili fundamento, Matritij natum, prout ſunt *Lucius Marinæus Siculus, lib.* 2. *rerum notabilium Hiſpaniæ, fol.* 13. *Sebaſtianus Orozco en el theſoro de la lengua Caſtellana, verbo Guimaranes. Gregor. Lopez Madeira in libro diſcurſuũ montis ſancti Granatenſis, cap.* 36. *fol.* 147. quos eleganter reprobat *Fr. Bernardus de Britto in Monarchia Luſitana, par.* 2 .*lib.* 5 .*cap.* 27. illorum enim opinio reijcienda eſt: debebant enim agnoſcere doctiores Hiſpanos patriæ etiam amatores Diuum Damaſum Luſitanum,& Vimaranenſi oppido natum ſcripſiſſe, prout ſunt *Illeſcas in chronica Pontificali in vita huius Sancti. Garibai in compendio hiſtoriali, lib.* 7 .*cap.* 52. *Vaſeus in ſua chronica Hiſpaniæ. Pineda in monarchia Eccleſiaſtica, part.* 2. *lib.* 13 .*cap.* 22. *Gaſpar Barrerius in ſua chorographia, cap. de Madrid, fol.* 54. *Don Maurus Ferrer. in hiſtoria Diui Iacobi, lib.* 2 .*c.* 23. Luſitanis igitur hanc gloriam, & honorem detrahere, & fidem tantorum virorũ abſque aliquo probabili fundamẽto labefactare quis poterit? Contrariæ etiam opinionis auctores ſummo cum iudicio reprobat doctiſſimus parens meus, quem non minus naturæ, quam doctrinæ auctorem meæ reuereor, *in commentar. ad Ordinationes Regias Luſitanorũ. lib.* 5 .*tit.* 49. §. 2 .*nu.* 2. qui à primæua adoleſcentia græcis latiniſque litteris peritiſsime imbutus, vir ſanæ probus, ſimul & integer, vtriuſque iuris prudentiſſimus, multiiugaque virtute præcellens, antiquitatum, & hiſtoriæ cognitionis adeo doctus, vt Regij Aduocati ab inuictiſſimo Philippo II. honore fuerit inſignitus, quẽ antea eius auunculus etiam fuerat aſſequutus, & in Regno Portugaliæ Prothomedicus, intimuſque cubicularius, & à Secretis Regis Henrici extiterat.

Eccleſiæ Dei bona conſeruari debent, vt ipſi miniſtri, & bonitate præcellentes, ſuſtineantur: ipſa enim indiget litteratis viris, doctis, prudentibus, quibus

bus regitur, & ſuſtinetur, iuxta text. in *cap. Super ſpecula de præbendis:* Sunt enim lucernæ ſuper candelabra poſita, vt Chriſtiano luceant gregi: non litteras ignorantibus qui & porci & aſini nũcupari ſolent, vt per *Io. Monach. in cap. Ex eo de elect. in 6. & in cap. Sicut de verb. ſignific. n.* 10. *eod. lib.* Vnde ſancti Patres in œcumenico Concilio Trid. ſtatuere ad ſacram Epiſcopalem dignitatem, aliaſque principaliores non fore promouendos niſi, vel ſacræ Theologiæ, vel ſacrorum Canonum doctorali laurea honeſtati eſſent, Doctor enim ſemper in beneficijs, & præbendis præferri debet, vt per *Garciam Gironda de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicatione, nu.* 1505. & qui eſt in vtroque iure maximam conſequitur dignitatem. *Aloyſ. Ricc. in praxi fori eccleſ. deciſ.* 588. *nu.* 6. *in* 1. *edit. quæ nunc extat in praxi aurea deciſ.* 93. Et præfertur doctori in vno iure *Menoch. conſ.* 126. *n.* 11. Creatus etiam examine rigoroſo præfertur illi, qui ſine examine fuit creatus. *Sebaſt. Næui. ad l. adminiſtrantes* 42. *n.* 3. ff. *excuſat. tutorum, & ad l.* 1. *nu.* 2. *C. decretis ab ordine fauendis. Menoch. d. conſ.* 126. *nu.* 18. Sed inuijs medijs, quod quis doctoratum ſit aſſequitus, & quod non ſit doctor (ignorantia ſcilicet dominante) idem non eſſe negabimus? quis pari ratione ignorat indoctum doctorem priuilegijs minime frui, hoc ſcriptũ reliquit *Abb. in cap. clerici de iudic. ſequuntur Rebuff. in tract. nominat. q.* 21. *n.* 12. & doctiſſimus ille Romanus, Cęſarei Põtificijq. iuris peritiſſimus, qui de ſe multa, & grauia in dies pollicetur *Stephanus ſcilicet Gratianus diſcept. forenſ. cap.* 186. *n.* 29. Tales appellantur fontes ſine aqua, nebulæ turbinibus agitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. 2. *Petri cap.* 2. Cur igitur hoſce prærogatiua illa à ſacris Canonibus inducta in præmium virtutis frui dicemus? talium virorum tanta ſtudia aſſequi ſola virtus deberet, vt ſcripſit orator, tamen, vt dicebamus, multi inſignia virtutis ſine virtute aſſequuti ſunt.

O vtinam nunquam vere dici potuerit, vel dici poſſit, quod Anacharſis philoſophus aſſerere ſolitus erat, videlicet leges mortales aranearum telis ſimiles eſſe, quæ exigua detinent animalia, magna autem emittunt: O vtinã Amaſir Aegyptiorum Re-

giſ ſaluberrima ſeruaretur lex, vt quiſque quotannis rationē apud Præſidem,& vitæ,& ſcientiæ redderet, demonſtraretque quo pacto ſuo fungeretnr munere, fieret ſæpe, vt ſemel approbati, ſæpiſſime non idonei reperti reprobarentur *l. vt gradatim*, §. *reprobari*, ff. *de muneribus,& honorib.* non eſt enim inconueniens, vt etiam doctor ſemel approbatus ex cauſa poſtea reprobetur, ſecundum tradita per *Garciam Gironda d. tract. de priuileg. explicat. n.*455.

Ignotus, ac pene deſtitutus ad hanc Curiam perueni, vt in ea viſis, & expeditis negotijs ad praxim ſtylumq. ediſcendum facilius, & copioſius libros meos typis mandare poſſem. Illico ſtudioſorum communem patronum quærens, Illuſtriſſimū ſcilicet Dominum meum Cardinalem Millinum, à quo benigne acceptus, innumeriſq. beneficijs in me collatis, me & ſtudioſiorem,& prædicta Theſaurariæ dignitate inſigniri fecit, ac tria mearum Remiſſionū volumina omnibus cōceſſis licentijs typis mandare iuſſit: eſt enim ſacræ Theologiæ, & iuris Pontificij honeſtamento maxime decoratus, vtriuſque iuris prudentiſſimus, litterarum, ac rerum gerendarum notitia illuſtris, doctrina, & morum integritate celebris, acerrimo iudicio ornatiſsimus: qui cum multis magnificiſq. titulis cohoneſtatus exiſteret, ſanctiorem, ac ſupremum Vrbis, & Orbis Senatum, quaſi Fidei verum popugnaculum ornat; & ob illius etiam aſſidua negotiorum experimenta, maximamq. eruditionem, Vicarij generalis honore inſignitus ad maiora properat: cuius laudibus merito conſultoq. vberioribus ſuperſedeo: quia felix, vt ille ait,

——————diciq. beatus
Ante obitum nemo ſupremaq. ſunera debet.

DICTIO CXXXII.
In circa.

1 Refertur ad modicā quantitatem. *Menoch. de arbitrar. caſu* 46. *num.* 3. *cum ſeq. Surd. conſ.* 376. *nu.* 15. nouiſsime *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 354. *n.* 3. *tom.* 1. *p.* 2.

2 Importat minus tempus,& in omnem euentum diſpoſitionem ipſam reddit dubiam, & incertam. *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 788. *nu.* 3. *in nouiſſimis nouiſs.*

3 Excludit certam, ac determinatam quantitatem. nouiſsime *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 73.*n.*3.*tom.*1.*p.*2. Redditque tempus incertum. *Marcheſ. de commiſsionibus, p.* 1. *pag.* 1173. *num.*3.

4 Operatur, vt poſſit detrahi de maiori ſumma,& augeri in minori. nouiſsime *Rota Romana apud Farin. deciſ.*335.*n.*5.*to.*1. *par.* 2.

5 Nihil importat in dicto teſtis. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.*2.*lit.D.concl.*249.*n.*3.

DICTIO CXXXIII. Incontinenti.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide *Menoch. de arbit.caſu* 9.10.11.12.*&* 13. & citatos à *Cened. practicarum & canonic.quæſt.ſing.*56.*nu.*7. *Octau. Vulpell. de præpoſit.& aduerb.ſignific.in dict. Incontinenti pag.*46.*Franciſc.de Souſa in comment.ad tit.* ff.*de pact. art.*8.*q.*1. *n.* 6.*cum ſeqq.*

2 Dictio hæc regulatur ſecundum ſubiectam materiam, vt per *Sigiſmund. Scacciam de cambijs,* §.2.*gloſ.*5.*n.*7. *Franciſc. de Souſa d.n.*6. Ex propria eius natura ſignificat ſine temporis interuallo, vt probat *gloſ.in cap.quia propter verbo mox de elect.* dum exponit *mox*, ideſt, *incontinenti*, *nullo actu intermedio*. text. in *l. quod ait,* §.*vlt.* ff.*de adulter.* qui interpretatur *incontinenti*, ideſt *vno impetu*. Et denotat, vt nullo alio actu etiam momentaneo interpoſito debeat actus celebrari, vt probat text. & ibi *gloſ. in l. ſi pater captus,* ff.*de vulgari, & pupil.ſubſt. Auend. de exequendis mand.p.*1.*cap.*16. *n.*1. Non excludit tamen hæc dictio aliquod interuallum temporis, quando res in continenti recuperari non poteſt, ex *Tiraq. de iure conſtituti,p.*3.*limit.*21.*n.*11.

3 Verificatur hæc dictio,quãdo eadem die & loco, & coram eiſdem teſtibus aliquid fit, iuxta reſoluta per *Caſſan. in conſuetud. Burgund.rub.*5.§.1.*verbo rentes, n.*36. *& rub.*7. §.5. *verbo ne ordonnance,n.*10. *Tiraq.in l.ſi vnquam, verbo, donatione largitus n.*119.*C.de reuoc.donat. & de retractu conuent.*§.1.*gloſ.*4.

4 Dicitur incontinenti aliquod breue temporis ſpatium arbitrio iudicis taxandum.*Menoch. de arbitr.caſu* 12.*nu.*4. *P.Sanch. de matrimonio lib.* 10.*diſput.* 12. *n.*23. Quandoque refertur intra decennium, *gloſ.in l.ab eo,C.quomodo*

modo & quando iudex, vbi *Bald. n.*1. Interdum vnius menſis, *l. diuortio*, vbi *Alexand. n.*10. ff. *ſoluto matr.* Vt plurimum autem intra tres dies, *l. fin.* §. *illico*, vbi *Iaſon, C. de iudic. & in l. lecta, n.*19. ff. *ſi certum petatur. Octauian. Vulpell. vbi ſupra.*

5 Incontinenti dicitur fieri, quando fit in flagranti delicto, hoc eſt donec animus continuus durat. *Fr. Anton. de Souſa in relect. de cenſuris Bullæ Cœnæ c.*15. *diſp.*78. *n.*6. Quando autem incontinenti dicatur fieri contractus, vide *Ioſeph de Seſſe Aragoniæ deciſ.*230. *n.*16.

6 Intelligitur intra terminum ad probãdum conceſſum. *Gregor. l.*7. *verbo poſſeſſion. tit.*4. *part.*5. *Molina de Primogen. lib.*3. *c.*13. *n.*12. & 18.

7 Interpretatur, cum commode potuerit arbitrio iudicis, ex reg. *l.*3. §. *cum igitur*, ff. *de vi & vi armata.* tenet *Menoch. de arbitr. caſu* 13. & *remed.*1. *recuper. n.*259. *Maſcard. de probat. concl.* 1065. *n.*7. *Azeuedo l.*11. *nu.*3. *tit.* 7. *lib.*3. *nouæ recopilat. Cened. d. ſing.*56. *nu.*4. *Valaſc. conſult.*88. *n.*6. & *de Partit. cap.*3. *n.*11.

8 Denotat ipſo iure, vt per *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, nu.*95. *C. de reuoc. donat. Cened. d. ſing.*56. *n.*5. *Sayr. in claui Regia lib.*3. *cap.*8. *nu.*27. *Moneta de diſtribut. quotid. p.*3. *quæſt.*7. *num.*37.

DICTIO CXXXIV.
Incurrat.

1 Verbum hoc intelligitur ipſo iure ſine alia ſententia, ex *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, n.*145. *C. de reuocandis donat. Sayr. in claui Regia lib.*3. *cap.*8. *n.*21. *verſ. fallit*, vbi etiam idem dicit de verb. Incidat. *Moneta de diſtribution. quotid. p.*3. *q.*7. *n.*22.

DICTIO CXXXV.
Inde.

1 Haec dictio interdum infert, & ſignificat ex quo, vt in *l. cenſere, & in l. ſi calumnietur*, ff. *de verborum ſignif. l.*1. ff. *de pactis, l. & tertium*, ff. *de iudicijs, l. item ſi obſtetrix*, ff. *ad legem Aquiliam.* Aliquando accipitur pro, ex hoc. *l. notionem*, ff. *de verborum ſignific.* Nonnunquam reſpicit locum; & ſignificat ex quo loco, *l. portus*, ff. *eod. tit. de verborum ſignific. l. plerique*, ff. *de in ius vocando, l. hæres*, §. *proinde*, ff. *de iudic.* Quandoque reſpicit

perſonam,& denotat,ex qua perſona interdum tempus,& ſignificat ex quo tempore, vt in *l. ait lex*,ff.*ad legem Aquiliam*.

DICTIO CXXXVI.
Indulgemus.

1 DEnotat conceſsionem priuilegij, *cap.ſi de terra,de priuileg.Cardin.Tuſch.practic. concluſ. tom.*2.*litt. D. concl.* 293.*n.*1. vbi *nu.*2. dicit quandoque importare ſolum,idem quod primò & de iure competebat.

DICTIO CXXXVII.
Ineſt.

1 VErbum hoc eſt ſignificatiuum veritatis, ex *Tiraq.de retractu conuent.*§.1.*gloſ.* 6.*n.*28.

DICTIO CXXXVIII.
Infra.

1 REgulariter ſolet ſua extrema includere,vt probat text. in *l.*1. §.1. vbi *Bart. & alij*, ff.*de officio præfecti vrbis*,*l.in venditione*,ff.*de actionibus empti.* tenent *Octauian. Vulpell. de præpoſ.& aduerb.ſignif.in dict.Infra pag.* 48. *Flamin. de reſignation. lib.*12.*q.*8.*n.*25. *Rota Rom. apud Farinac.deciſ.*60.*nu.*5.*in nouiſſimis nouiſſ.Cened.practic.& canon quæſt.ſing.*53.*n.*1. vbi aſſerit hæc verba, infra triginta dies, includere vltimum diem; & n.2.etiam dicit excludere de ſui natura diẽ quo aſsignatur terminus, ita vt dies ipſe primus termini nõ computetur in termino.

2 Continet contenta inter extrema quibus adiungitur, *c.*1. *cap.ex tua.auctoritate,de vſu pallij.Caſſan.in conſuetud. Burgund. rub.*1.§.8.*verbo iour.n.*9. *Cened. d.ſing.*53.*n.*2. Vnde ſi aſsignetur terminus ad aliquid faciendum infra decem dies, qualibet die dictorum decem dierum, poterit ille actus fieri, poſtea non, & ſic includit extrema, & excludit ea quæ ſunt. extra ita *Cardin.Tuſch. practic.concluſ.tom.*2.*lit.D.concl.* 299.*n.*2.

3 Habet relationem ad inferius dicenda, & ſecundum ea regulatur. *Stephan.Gratian. diſceptat.forenſ.tom.*3.*cap.*575.*n.*28. Et eſt eiuſdem effectus, ac ſi omnia nominata, & deſcripta fuiſſent.*Bertaz.de clauſ.inſtrument. clauſ.*4.*gloſ.*3.*n.*2.

DICTIO CXXXIX.
Infraſcriptum.

1 EST relatiua, ſecundum *Menoch.conſ.*200.*n.*31. Et reſtringit verba præcedentia ad perſonas expreſſe nominatas in inſtitutione & ſubſtitutione,& reſtringit diſpoſitionem ad ſubſequentia. *Menoch.conſ.*347.*n.*7.

2 Importat infraſcriptos taliter quod legi poſſunt, non per ſubauditum ſermonem: *Cardin. Tuſch.pract.concl. tom.*2. *litt.D. concl.*266.*n.*13.

DICTIO CXL.
In infinitum.

1 DEnotat perpetuum tempus,& perinde eſt ac ſi dixiſſet ſemper, *l.apud Celſum,*§. *in hac exceptione,*ff.*de doli except. D. Marta de clauſulis p.*3. *clauſ.* 41.*à n.*1.*Octau.Vulpell.de præpoſ. ſeu aduerb.ſignif.in dict.in infinitum,pag.*49.

2 Perpetuam familiæ conſeruationem denotat. *Intrigliol. Siciliæ deciſ.*3.*n.*19. Ex ſua propria tamẽ ſignificatione operatur vltra decimum gradum. *Menoch. conſ.*399.*n.*8.

3 Poſita in ſubſtitutione intelligitur de vulgari. *Surd.conſ.* 370.*n.*9.

4 Et importat tractum temporis. *Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 409.*n.*15.

5 In perpetuum,idẽ eſt quod, in infinitum,& intelligitur etiam poſt centum annos, vt per *Steph. Gratian.Marchiæ deciſ.*22.*nu.*9. *& diſcept.forenſ.cap.*131.*n.*14.

DICTIO CXLI.
Inſuper.

1 IDem importat, quod vltra, vel vlterius, *l. Seia in princ.verſ.Seia inſuper* & ibi *gloſ. ff.de fundo inſtructo.cap.ſtatutum,* §.*inſuper de reſcriptis in* 6.*Octau. Vulp.de præpoſ. & aduerb.ſignif. ſub dict.in infinitum verſic.dictio inſuper,pag.*50.*Bertazol.de clauſ. inſtrum.clauſ.*27.*gloſ.*1.*n.*5.

2 Denotat diuerſitatẽ à præcedentibus, *cap. inſuper. de teſtib. Octau.vbi ſupra. Flamin. de Reſignationib.tom.*2.*lib.*11.*q.*11. *num.*18. *D. Marta de clauſ.p.*4. *clauſ.*24.*n.*4. *Cardin.Tuſch. practic.concluſ.tom.*2. *litt.D.concluſ.* 295.vbi dicit quod ſi priuilegium continet plura capitula; illud dicitur diuerſum ab alijs, quod incipit per iſtam dictionem.

3 De ſui natura venit conti-

nuatiue addendo ad ſuperiora, retenta eadem materia. *d. cap. ſtatutum*, §. *inſuper*, *cap. vbi periculum*, §. *ipſos inſuper de elect. lib. 6.* notat *Flamin. d. q.* 11. *n.* 24.

4 Exponitur pro, præterea, *l.* 1. *C. communia de leg.* §. *alia inſuper*, *inſtit. de donation. Rebuff. in concord. rubr. de collat.* §. 1. *gloſ. verbo inſuper*, quem citat *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 41. *n.* 30.

DICTIO CXLII.
Inſtar.

1 SImilitudinem importat, vt per *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concl.* 296. *n.* 1. vbi n. 2. dicit quod hæc dictio ad inſtar alicuius quod eſſe deſinit, nihil operatur, ex quo iam deſinit eſſe, & nulla ſimilitudo eſſe poteſt eius quod non eſt.

DICTIO CXLIII.
Integrum.

1 INtegrum dicitur, quod ſine diminutione ex omnibus ſuis partibus conſtat, *l. nomen filiarum*, §. *fin.* ff. *de legatis* 3. *l. decem*, ff. *de fideicommiſſ. libertat.* cum alijs de quibus Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *nu.* 90. *Surd. conſ.* 511. *n.* 7. *Menoch. conſ.* 374. *n.* 11. *Ioan. Garcia de nobilit. gloſ.* 12. *n.* 7. *in fine Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concl.* 297. *nu.* 1. *Octan. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignif. in dict. integre. pag.* 51. *Rota Rom. apud. Farin. deciſ.* 446. *nu.* 1. *in nouiſſimis nouiſſ.*

2 Integrum legatum dicitur ſine falcidiæ detractione, *l.* 1. §. *cum dicitur*, ff. *ſi cui plus quam per legem falcid. Card. Tuſch. d. concl.* 297. *n.* 12. Integrum vas ſi teneatur præſtare venditor, intelligitur ſanum, & non caſſatum, nec ruptum. *l. tenetur*, §. *ſed ſi vas mihi vendideris*, ff. *de action. empti. l. vnica*, C. *de ſentent. quæ pro eo.* Integrum animal dicitur habẽs omnia corporis membra integre formata, *l. quod dicitur*, ff. *de liberis & poſth.* Integrũ dominium, ideſt continuum, non amiſſum, incorruptum, *l. Pomponius in princip. ff. de acquirenda poſſeſſ.*

3 In integrum reſtituere, eſt reſtituere honoribus, ordini, & omnibus cæteris, *l.* 1. *& fin.* C. *ſententiam paſſis*. Integre reſtituere, importat reſtitutionem vſque ad vltimum quadrantem. *Cald. Pereyra de emption. cap.* 9. *nu.* 7. Et in integrum reſtituitur minori, quando totum ius ſuum recuperat. *l. quod ſi minor*, §. *reſtitutio*, ff. *de minorib.*

4 In-

4 Integra domus dicitur antequam ruat, demoliaturue *l. hoc amplius,ff.de damno infecto.* Integra facultas, id eſt plena, & non diſſipata, nec obligata, *l.2.C.de debitorib.ciuit.lib.*11.Integra pecunia,ideſt omnis pecunia,*l.ſi rē,* §.*omnis,ff.de pignorat.actione.* Integra fides,ideſt ſincera & perfecta,*l.vn.C.de ſuffragijs.*Integra petitio totius rei, vel debiti, ideſt tota,ſolida, non diminuta, *l.eum qui in fine,ff.de inoffic.teſtam.* Integra præbenda, ideſt non diuiſa nec diminuta. *cap. cui de non ſacerdotali,de præben.lib.6.* Integra fama & dignitas,ideſt non corrupta,læſa,aut diminuta aliqua nota vel crimine, *l.& tantum*, §.1. *ff.de ſeruo corrupto, l.capitalium*, §.*fin. ff.de pœnis.* Integer riuus dicitur qui refectione non indiget,*l.*1.§.*purgandi,ff.de riuis.* Ex integro, ideſt denuo, in ſolidum, in totum, *l.ait prætor.*§.*exitus,ff. quæ in fraudem cred. l. Diuus, ff. de cuſtodia reorum.*

DICTIO CXLIV.
Intelligitur.

1 Verbum hoc veritatem deſignat, vt per *Cald. Pereira de empt. & vendit. c.*11. *nu.*12. Aliquando fictionem importat. *Brunor.à Sole in locis communib.litt.V.num.*43.*Menoch.de præſumpt.lib.*4.*q.*35.*n.*9. *Bertaz. in repet.l.ſi quis maior,C.de tranſaction.n.*650. *Tiraq. de iure mariti gloſ.*2.*n.*67.*& gloſ.*7.*nu.*174. vbi etiam aſſerit quod denotat improprietatem: quod etiam repetit in *tract. le mort p.*2. *declarat.*10. *à n.*7. Arguit & oſtendit interdum præſumptionem. *Menoch.conſ.*370. *n.*10.

DICTIO CXLV.
Inter.

1 Diſtributiua eſt, quæ operatur vt omnes quos reſpicit in diſpoſitione, conſiderati dicantur, *l.inter pares, ff. de re iudic.Menoch. conſ.*200.*num.*78. *Octau.Vulp. de præpoſ.& aduerb. ſignif.ſub dict.interdiu verſ.inter pag.*51. *Card.Seraph.Rotæ Rom. deciſ.*874.*n.*4.

DICTIO CXLVI.
Interdiu.

1 Eſt aduerbium temporis, cuius contrarium eſt noctu. *Cato de re ruſtica.* Canes interdiu clauſos tenere oportet, vt noctu acriores & vigilantiores ſint. refert *Octauian.Vulpell.de*

*præpoſ.& aduerb.ſignific.in dict. interdiu pag.*51.

DICTIO CXLVII.
Interdum.

1 PRoprie exceptionem denotat, & regulam eſſe in contrarium, *l.interdum*, ff.*de minorib. l. interdum*, ff. *de condict. indebiti*, *l.ſi vt certo*, §.*interdum*, *ff.commodati*, *l.interdum*, ff.*de iudic.l.interdum*, ff. *de verborū obligat. l. interdum*, ff. *rem ratam haberi.l.interdum*, ff.*de furtis.Tiraq.de retractu lig.*§.1.*gloſ.*9.*nu.*224. *Octauian.Vulpell.de præpoſ. & aduerb.ſignificat. in dict. Interdum pag.*52.*Menoch. conſ.*99.*nu.*187. *Cened.practic.& canon. quæſt.ſing.*55.*n.*1.

DICTIO CXLVIII.
Interim.

1 EST limitatiua temporis intermedij, & importat pendentiam. *Cephal.conſ.*450.*n.*27.*lib.*3.*Octau.Vulpell.de præpoſ. & aduerb.ſignific.ſub.dict.interdum verſ.interim pag.*52. *Magoni. Florentin. deciſ.*90. *num.*13. *Anton.Monach. Bonon. deciſ.*59. *n.*20. *Card.Tuſch. practic.concl. tom.*2.*lit.D.concl.*298.Et vltra illud tempus non protēditur.*Surd. conſ.*460.*nu.*64.*Anton.Monac.d. deciſ.*59.*n.*21.

DICTIO CXLIX.
Intra.

1 INcludit interdum rem ſiue locum, vel ſua extrema. *l.*1.§.*cum vrbem*, ff.*de officio præfecti vrbis*. *l.fin.*ff.*de captiuis*. *l. æde*, ff.*de contrah. empt.l.quæro*, *ff.de actionibus empti. l.vxore*, §. *item quæſitum*, ff.*de legatis* 3.*l.intra*, ff.*de appellat.l.*1.*C.vt intra certum tempus ciuiles quæſt. terminentur*.notant *Octauian.Vulp. de præpoſ.ſeu aduerb.ſignific.in dict.intra pag.*48. *Cardin.Mantica de tacitis & ambig. conuent. lib.*4.*tit.*9.*n.*9.

2 Quandoque includit tempus & diem termini. *l.ſi ita ſtipulatus*, ff.*de verbor.obligat.l.qui ante*, ff.*eod.l.qui bona*, §.*fin.*ff.*de damno infecto*. *l.intra*, ff.*de minorib.l.ſi legatum*, ff.*de operibus publicis*. *l.ſi intra*, ff.*de ſtatulib. l. plebiſcito*, ff.*de officio præſidis*. notant *Tiraq. de retractu lig.*§. 1. *gloſ.*11.*n.*24.*Octau.Vulpell.d.loco Card.Tuſch.practic.concl.tom.*2. *lit.D.concl.*299.*n.*1.*Cened.pract. & canon.quæſt.ſing.*54.*n.*1. vbi, *n.*3.aſſerit quod intra annum ſoluere,

uere, includit vltimum diem anni. Operatur vero quod non requiratur anni perfectio, ſed ſufficiat inchoaſſe. *Surd. deciſ.* 178. *num.* 8.

3 In ſubſtitutionibus ſecundum mentem teſtatoris importat idem quod, citra, vel quod, ante, veluti ſi pater ſubſtituat filio ſi decedat intra pubertatem, *l. qui habebat filium*, ff. *de vulgari & pupil.* quia ibi exponitur ante pubertatem, notat *Cardin. Tuſch. d. concl.* 299. *n.* 4. vbi n. 5. extendit vt idem ſit quando pater ſubſtituit filio decedenti intra legitimam ætatem; quia intelligitur ſi decedat antequam ſit in ætate legitima.

4 Hæc dictio, & dictio extra, ſibi ex diametro aduerſantur, vt in *l.* 1. §. *ſiue autem*, ff. *de aqua quotid. & æſtiua. Tiraq. d. gloſ.* 11. *n.* 72. *Cened. d. ſing.* 54. *n.* 4. *Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 26. *gloſ.* 6. *num.* 1.

DICTIO CL.
Inuicem.

1 Denotat reciprocationem inter partes, *l.* 1. ff. *de verb. obligat. l.* 1. *C. de ijs qui ante apertas tab.* Et in ſubſtitutione eam reciprocam oſtendit. *l. in teſtamento*, §. *hæc verba*, ff. *de hæredib. inſtit.* notat *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignif. in dict. inuicem pag.* 52.

2 Inducit communionem, vt per *Ferrer. in conſtitut. Cathalon. gloſ.* 7. *n.* 15.

DICTIO CLI.
Ipſe.

1 Est relatiua, quæ habet relationem ad præcedentia, & operatur repetitionem præcedẽtium cum omnibus ſuis qualitatibus: notant *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 22. *n.* 3. *Cardin. Tuſch. practic. concl. tom.* 2. *litt. D. concluſ.* 301. *n.* 1. nouiſſime *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 569. *n.* 5. *tom.* 1. *p.* 2. *Galganet. de condition. & demonſt. p.* 2. *c.* 1. *q.* 18. *nu.* 15. vbi aſſerit quod per eam inducitur repetitio qualitatum & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem.

2 Demonſtratiue ſtat ad ſignificandas perſonas expreſſas, ex *Tiraq. de retractu conuent.* §. 1. *gloſ.* 6. *n.* 25. *Menoch. conſ.* 331. *n.* 44. & *conſ.* 152. *n.* 40. & *conſ.* 349. *nu.* 19. vbi aſſerit quod ſtat demonſtratiue, non autem reſtrictiue, quando coniecturæ concurrunt.

3 De-

3 Demonſtrat perſonam ad oculum. *Surd. conſ.*53.*nu.*11.*&* *deciſ.*125.*n.*1.*& deciſ.*210.*n.*18. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.*104.*n.*13. *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.*2. *litt. D. concluſ.* 260.*à n.*1. *& concl.*301.*n.*1.

4 Eſt perſonaliſſima. *Menoch. conſ.*349.*nu.*3. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.*104. *nu.*13. *& cap.*145.*num.*5. *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.*22.*n.*1. *Melch. Phœbos Luſitan. deciſ.*4.*n.*7. Et eſt reſtrictiua ad perſonam, perſonalitatemque oſtēdit. *Menoch. conſ.* 390.*nu.*12.*& de præſumpt. lib.*6. *q.*38.*n.*82. *Galganet. d. p.*2. *cap.*1. *q.*12.*n.*19. *Cened. d. ſing.*22.*n.*1. Ita vt omnes alios excludat: nouiſſime *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.*619.*nu.*3.*tom.*1.*p.*1. Excluſiua enim eſt alterius rei. *Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.*552.*n.* 1.*& deciſ.*1049.*n.*3.*&* 18. Nec ad aliam perſonam referri poteſt *Surd. conſil.*53. *num.*7. *Cened. d. ſing.*22.*num.*1. quia facit ſemper actum perſonalem. *Surd. conſil.* 384.*n.*47.

5 Importat dominium. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 98.*n.*7.

DICTIO CLII.
Ipſo iure. Ipſo facto.

1 HAe voces important latam ſententiam. *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, n.*142.*cum ſeq. Octauian. Vulp. de prępoſ. & aduerb. ſignific. in dict. ipſo iure pag.*53. *Moneta de diſtribut. quotid. p.*3.*q.*7.*n.*36. *Carbo de legibus lib.*8.*diſp.*6. *verſ. prima regula. Barthol. Perett. ad extrauag. Ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alien. verbo & ſi per ſex menſes, à n.*31.*cum ſeqq. Io. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. par.* 1. *cap.*15.*n.*31.*& p.*4.*cap.*2.*n.*183. *Bernard. Muſcatel. de modis fideiubendi p.*1.*modo* 14.*nu.*12. *Sayr. in claui Regia lib.*3.*cap.*8.*nu.*24. *&* 26. *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.*2. *litt. D. concluſ.* 302. *num.*1. vbi *nu.*3. dicit importare canonem latæ ſententiæ, ſi adijciantur verbo præterito, ſecus ſi verbo futuri temporis. Et de his dictionibus latiſſime agit idē *Card. Tuſch. litt. I. concl.*355.

2 Lex per hæc verba cenſetur obligare in foro conſcientiæ ante ſententiam, notat *Nicol. Garcia de Beneficijs p.*11.*cap.*10. *num.*22.

DI-

DICTIO CLIII.
Ita.

1 INducit formam, & modum determinatum cum certis qualitatibus: notant *Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignif. ſub dict. ipſo iure, verſ. ita, pag.* 54 *Steph. Gratian. diſcept. foren. to.* 3. *cap.* 575. *nu.* 34. *Anton. Monach. Florentin. deciſ.* 29. *n.* 43. & 44. Intelligunt, ſi iungatur dictioni, vt, non autem dictioni, ſi. *Rebuff. in comment. ad l. triplici modo* 142. *verſ. ita*, ff. *de verb. ſignificat. pag.* 517. *in fine. Galganet. de condition. & demonſtrat. p.* 2. *cap.* 3. *q.* 1. *n.* 1. & 3.

2 Denotat ſimilitudinem, & interpretatur pro, ſicut. *l. quæſitum*, §. *peto*. *l. qui habebat*, §. *fin.* ff. *de legatis* 3. *l. libertas*, §. *hæc ſcriptura*, ff. *de manumiſ. teſtam.* notant *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 38. *nu.* 1. *Mendez à Caſtro in praxi Luſitana, lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 2.

DICTIO CLIV.
Ita demum.

1 EST taxatiua, & idem importat quod, tantum. *l. ita demum*, C. *de procurat. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 14. *gloſ.* 4. *nu.* 1. Et de ſua natura eſt limitatiua præcedentis diſpoſitionis. *Cened. pract. & can. quæſt. ſing.* 39. *n.* 3.

2 Item ſignificat idem quod præcipue, hoc ita, quaſi, ea lege, eo modo; vt in *l. ſi quis*, ff. *quod quiſque iuris*. & *in l. in tradendis*, §. 1. ff. *communia præd.* & in *l. hæc autem, in fine*, ff. *de ſeruit. vrban.* & in *l. ſi quis libertatem*, ff. *de petit. hæred.* Importat etiam idem quod, non alias quam hoc certo modo, vt in *l. ſi quis ex argentarijs*, §. *ex hoc edicto*, ff. *de edendo*. notat *Rebuff. in comment. ad l. triplici modo* 142. *verſ. ita demũ, pag.* 518. ff. *de verb. ſigniſ.*

DICTIO CLV.
Itaque.

1 COntinuatiua eſt, & determinatiua caſus præcedẽtis, & reſtrictiua caſus ſequentis, vt in *l. libertas*, §. *hæc ſcriptura*, ff. *de manumiſs. teſtam. l. Lutius*, §. *qui habebat*, ff. *ad Trebell. Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 39. *n.* 4. *Octauian. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Ipſo iure, verſ. itaque, pag.* 54. vbi dicit quod declarat, & limitat præcedentia, niſi verba ad amplian-

ampliandum ſint appoſita, quia tunc reſtrictionẽ operari debent.

2 Neceſſitatem inducit, vt in *d.* §. *hæc ſcriptura*, & in *l. ita tamen*, ff. *ad Trebell.* notat *Burgos* 2. *par. l.* 3. *Tauri concl.* 6. *n.*1207. vbi etiã aſſerit *n.* 1209. quod quando lex vtitur verbis huius dictionis, forma ab ea deſignata eſt ſubſtantialis.

3 Exponitur, & idem ſignificat quod, proinde, ergo, vt in *l. coram*, & in *l. ſi calumnietur*, §. *fin.* ff. *de verb. ſignif.* & in *l.* 2. ff. *de negotijs geſtis*, & in *l. quod ſi minor*, §. *reſtitutio*, ff. *de minorib.* & in *l. in re communi*, ff. *de ſeruit. vrban.* Interpretatur etiam, pro, ideſt, igitur, in *l.* 1. ff. *de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, & in *l. in repetendis*, ff. *de legatis* 3. notat *Cened. d. ſing.* 39. *n.* 4.

DICTIO CLVI.
Ita quod.

1 POteſt accipi, vel reſtrictiue, vel declaratiue, vel ampliatiue ſecundum ſubiectam materiam, ex *Card. Seraph. Rotæ Rom. deciſ.* 911. *nu.* 7. Magis reſtringit quam quod augeat. *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 29. *gloſ.* 3. *nu.* 2. Et eſt limitatiua, & reſtrictiua præcedentis diſpoſitionis, habetq. vim taxationis. *l. Lutius*, §. *qui habebat*, ff. *ad Trebell. l. Gallus*, §. *idem credendum in fine*, ff. *de liberis, & poſth.* notant *Surd. conſ.* 315. *n.* 24. *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 39. *n.* 1. *D. Marta de iuriſdict. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 130. *n.* 8.

2 Declarat præcedentia, & regulariter profertur ad declarandum. *Menoch. conſ.* 332. *n.* 1. *D. Marta d. caſu* 130. *nu.* 8. *Oct. Vulpell. de præpoſ. ſignif. ſub dict. ipſo iure, pag.* 54.

3 Repetit conditionem, & qualitatem præcedentis diſpoſitionis in ſubſequentem, vt per *Galganet. de conditionib. & demonſtrat. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 18. *n.* 10.

DICTIO CLVII.
Ita tamen.

1 EST modificatiua, reſtrictiua, & limitatiua præcedentium. *l. vbi adhuc, verbo, ita tamen*, vbi *Salicet.* C. *de iure dotium*. *l. Lutius*, §. *qui habebat*, & *l. ita tamen*, ff. *ad Trebell.* notant *Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 23. *gloſ.* 1. *n.* 1. *Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignific. ſub dict. ipſo iure, verſ. ita tamen, pag.* 54. nouiſsime *ſacra Rota Romana apud Farin. deciſ.* 709. *n.* 8.

n.8. *tom*.1.*p*.1. *Cened. pract. & canon. quaeſt. ſing*.38. *nu*. 9. vbi *nu*. 3. dicit quod eſt repetitiua præcedentium, & reſtringit, limitat, & declarat ſecundum ſubiectam materiam: de ſui enim natura limitat, & reſtringit diſpoſitionem, cui adijcitur, vt per *Seraphin. Rotæ Rom. deciſ*. 447. *nu*. 3. Ad omnia tamen præcedentia non refertur, quando ſic ea referendo induceretur cõtrarietas, vel abſurditas, vel actus inutilitas: ita nouiſsime *Rota Romana apud Farin. deciſ*.709.*n*.4. *tom*.1.*p*.1.

2 Verba huius dictionis ſunt reſtrictiua, & annullatiua actus cui apponuntur, vt ex *Tiraq*. tradit *Fr. Emman. quaeſt. regular. tom*.3.*q*.10.*art*.5.*in med*. Et quãuis importent modũ iuxta tradita per *Menoch. conſ*.131.*n*.3. ſunt nihilominus limitatiua *Menoch. conſ*.34.*n*.4. vbi *n*. 15. reſoluit ꝙ ſunt declaratiua præcedentium, & reſtrictiua ſubſequentium.

3 Inducit hæc dictio conditionem, & formam præciſam, vt in *l. fin*. vbi *gloſ. & Bart. C. de vendit. rerum ad ciuit. pertin. lib*.11. nouiſſime *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ*.515.*nu*.2.*tom*.1.*p*.1. *Cened. d. ſing*.33.*n*.5. vbi etiam dicit quod eſt taxatiua.

DICTIO CLVIII.
Ita vt.

1 Denotat modum, ſimilitudinem, & declarationem ad rem expreſſam, vt per *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. ſub dict. ipſo iure, verſ. ita vt pag*.54. *Cened. practic. & canon. quaeſt. ſing*.38.*n*.7.

2 Hæc dictio, & dictio, ita quod, æquiparãtur, & idem ſunt; vt in *l*.2. §. *ideoque*, *ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris*. *l. pen*. §. *quiſquis*, *ff. de legatis* 2. *Cened. d. ſing*.38.*n*.6.

DICTIO CLIX.
Item.

1 Eſt continuatiua & repetitiua præcedentium. *l. item*, *ff. de procurat. l. item eorum*, ff. *quod cuiuſque vniuerſ. nomine*. notant *Hippol. conſ*.75.*n*.6.*vol*.1. *Menoch. conſ*.86. *n*.81. *Rebuff. in comment. ad l. Labeo* 14. *verſic. item*, *ff. de verb. ſignific. pag*.98. *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ*. 20.*gloſ*.1. *Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignific. in dict. item, pag*. 55. *Azeued. ad l*.2.*n*.1.*tit*.1.*lib*.6. *nouæ recopil*. *Surd. conſ*.455.*num*. 12. *Ioan. Garcia de nobilit. in diuiſ*.

uiſ.n.53.Gutier.pract.lib.3.q.8. n.28. Cardin.Tuſch.practic.concluſ.tom.2.litt.D.concl.309.n.1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel.gloſ.1. num.5.Galganet.de condit.& demonſtrat.p.2.cap.1.q.18.n.1.Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.tom. 3.cap.563.n.62.Cened.pract.& canon.quæſt.ſing.31.n.1.

2 Aduerte tamen quod tunc inducit repetitionem præcedentis verbi, quando ſcilicet præcedenti orationi adijcitur oratio defectiua & imperfecta; ita *Bertaz.d.clauſ.20.gloſ.1.nu.2. Gonzal.d.gloſ.1.nu.4.Card.Tuſch.d. concl.303.n.2.& nu.4.cum ſeqq.* Quando vero ponitur in capitulo prorſus diſtincto & ſeparato, quod orationem habet perfectã, tunc non eſt præcedentium repetitiua,ſed continuatiua;vt poſt *Bart. Roman. Pariſ. & alios* tenent *Octau.Vulp.dicto loco. Maſcard. de probation. concl.* 1265. *nu.*11. *Card.Tuſch.d.concl.*303. *num.*10.

3 Item natura ſua eſt repetitiua ſimilium, quando adeſt eadem ratio, vel mens veroſimilis diſponentis. *Gutier.pract.lib.3. q.19.n.22.* Stat vero continuatiue, quando eſt diuerſa ratio, vel non eſt eadem æquitas. *Cened. d.ſing.31.n.4.*

4 Dictio hæc, & dictio, &, æquiparantur in repetitione legatorum & conditionum. *Gama Luſitan.deciſ.206.n.15.Cardin. Tuſch.d.concl.303.n.3.*

DICTIO CLX.
Iterum.

1 EST repetitiua eiuſdem actus pro vna vice tantum, vt in *l.fideicommiſſa*, §. *ſi quis alicui decem*, vbi *Bart.nu.*1. *ff.de legatis 3.l.fin.ad fin.*vbi *gloſ. verbo quamuis,ff.de bonis auctor. iud.poſſid.cap.olim in princ.de reſcriptis.* late *Cened.practic.& canon.quæſt.ſing.57.n.1.cum ſeqq. Octau.Vulp.de præpoſ.& aduerb. ſignific.ſub dict.item verſ.iterum pag.*56. vbi dicit quod ſtricte capta accipitur pro ſecunda vice; large autem quoties opus fuerit ſi à lege proferatur, quando iteratio non tendit in grauamen alterius.

DICTIO CLXI.
Iuxta.

1 DEnotat propinquitatem & vicinitatem cum aliqua diſtantia,argum.*l.quidam Iberus*, vbi *Bart. ff.de ſeruit.vrban. prædior. & l.properandum*, §. &

§.*& quidem*, C.*de iudic.* notant *Coſm.in pragm.ſanction.tit.de electione, verbo iuxta, pag.*143. *Octau.Vulp.de præpoſ.& aduerb. ſignific.in dict. item verſ.iuxta, pag.*56. *Surd.conſ.*429. *num.*52. *Cened.practic. & canon. quæſt. ſing.*32.*n.*1.

2 Operatur vt non requiratur anni perfectio, ſed ſufficiat inchoaſſe. *Surd.deciſ.*178.*n.*8.

3 Inducit repetitionem qualitatum & conditionum præcedentis legati & diſpoſitionis in ſequentem, vt per *Galganet. de condition.& demonſt.p.*2. *cap.*1. *q.*18.*n.*13. Et eſt relatiua in omnibus ad relatum. *Intrigliol.Siciliæ deciſ.*36.*n.*15.

4 Ponitur demonſtratiue & cauſatiue, non conditionaliter nec reſtrictiue, ex *Matienſo, l.*2. *gloſ.*9.*nu.*12. *tit.*4.*lib.*5. *nouæ recop.* vbi *nu.*13. aſſerit quod quoties lex vel priuilegium non diſponit quid certum, ſed ſe refert ad aliam legem vel priuilegium, tunc hæc dictio ponitur conditionaliter, ita vt donec conſtet de re ad quam refertur, non valeat diſpoſitio.

5 Aliquando exponitur hæc dictio pro, ſecundum; & relatiue ponitur. *Abb.in cap.Abbate, n.*20. *de verbor.ſignificat.Coſm.d.verbo iuxta pag.*143. *Cened.d.ſing.* 32.*n.*3. Interdum accipitur pro, intra, *Tiraq.de retractu lig.*§.1. *gloſ.*11.*n.*81. Nonnunquam interpretatur pro, prope, in *l.qui ædes, ff.de incendio, cap.ſolitæ,* §. *hoc autem, de maiorit. & obedient.Cened.d.ſing.*32.*n.*1.*Card. Tuſch.pract. concl.tom.*2. *litt.D. concl.* 304.*n.*7. *Intrigliol.d.deciſ.* 36.*n.*16.

DICTIO CLXII. Legitime.

1 Concernit factum & modum, factum ſcilicet fuiſſe legitimum, & legitimo modo proceſſiſſe. notant *Io. Monach. & Io.Andr. in reg. factum legitime in princ. de regulis iuris in* 6. *Bertaz.de clauſ.inſtrum.clauſ.*8. *gloſ.*6.*& clauſ.*35.*gloſ.*12. *nu.*2. Et factum legitime, cenſetur factum ordine iuris ſeruato. *gloſ. & Abb.in cap. conſanguinei de re iudicata. Bertaz.d.gloſ.*6.*Seraphin.Rotæ Rom.deciſ.*290.*n.*2.*& deciſ.*433.*n.*6.*Card.Tuſch.pract. concl.tom.*2.*lit.D.concl.*305.*n.*1. Et illud dicitur legitime fieri, quod fit lege permittēte. *l.Gracchus,* C.*ad legem Iuliam de adulter.* vbi notatur.

DI-

DICTIO CLXIII.
Lego.

1 Verbum hoc adiectum vniuerſitati bonorum non inducit hæredis inſtitutionem, vt per *Menoch. conſil.86. n.78. Azeuedo ad l.1.n.167.tit.4. lib.5.nouæ recop. Ceuall. commun. contra commun.q.*214. Quando enim adijcitur certæ quantitati vel ſummæ, intelligitur legatum, & non inſtitutio. *Menoch. de præſumpt. lib.4.q.*141.*n.*34. *Brunor. à Sole in locis communib. litt.V. n.*46. Et omnes relictorum cauſas comprehendit. *Pichard. in princip. inſtit. de fideicommiſ. libert.n.*5.

DICTIO CLXIV.
Libere.

1 De vi & effectibus huius dictionis vide *Alber. in ſuo dictionario verbo libere. Rebuff. in concord. rub. de collation.*§. *præfatiq. verbo libere, pag.*308. *Octau. Vulp. de prapoſ. & aduerb. ſignificat. in dict. libere, pag.*56. *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 58.*n.*7. *Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.*30.*gloſ.*10.*nu.*1. Cald. Pereyra *de renouat. emphyt. q.*8.*nu.* 10. *cum ſeqq. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.*2. *litt. D. concl.*306. *Barthol. Perett. ad extrauag. Ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alien. verbo illis exceptis, n.*16.& 17.

2 Poteſtatem tribuit faciendi actum ſua ſponte ſine licentia & auctoritate alterius, iuxta tex. in *cap.2. de locato. cap. ſtatuimus, de regularib. cap. cum plures*, vbi *gloſ. verbo libere, de officio deleg. in* 6.*c.*1. *de cenſibus eod. lib. Clem. dudum,* §. *ſi vero idem prælati, de ſepultur.* notant *Tiraq. in l. ſi vnquam verbo reuertatur, nu.*135. C. *de reuocandis donat. Rebuff. d. verbo libere verſic. ſeptimo, pag.* 620. *Menoch. conſ.*192.*nu.*9. *Cened. d. ſing.*58.*n.*1. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo libere. Flamin. de reſignation. lib.*7.*q.*5.*n.*8. *Gonzal. ad reg.*8. Cancel. *gloſ.*45. *n.*11. *cum ſeqq. & gloſ.*48.*nu.*3. *& gloſ.*53.*n.*3. *Cardin. Tuſch. d. concl.*306.*n.*10. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.*20. *nu.*9. *Barthol. Perett. vbi ſupra.*

3 Intelligatur ſine impedimento, contradictione, onere, grauamine, vel obſtaculo, ac vlla diminutione vt in C*lem. fin. de ætate & qualit. & in cap.*1. *in princip. verbo libere cum ibi not. de regul. lib.*6. *cap. cum epiſcopus, verbo libere, de offic. ordin. eod. lib. gloſ.*

gloſ.verbo libere in d.Clem.dudũ. notant *Tiraq. d. verbo reuertatur, nu.*134.*Coſm.in pragm.ſanction.tit.de electione,verb. libere, pag.*104. *Octau.Vulp.dicto loco. Menoch.conſ.*10.*nu.*10.*Surd.deciſ.*265.*n.*3.*& deciſ.*272.*nu.*14. *Ludoui.Rodolphin.poſt tract. de abſoluta Principis poteſt. voto vn. n.*55.*Cardin.Tuſch.d.concl.*306. *n.*9. *Nicol.Garcia de Benef.p.*1. *cap.*5.*n.*376.*D.Marta de iuriſd. p.*4.*cent.*1.*caſu* 20.*n.*9.*Cald.Pereyra de renouat. emphyt.q.*8.*nu.*12.*Valaſc.conſult.*123.*n.*9.*Gonzal.ad reg.*8. *Cancel.gloſ.*53.*nu.*18. *Io. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ.p.*2.*c.*16.*nu.*56.& *p.*4. *cap.*1. *nu.*24. dicit quod in contractu emphyteutico tribuit abſolutam auctoritatem,omnemq; contradictionem,& impedimentum remouet.

4 Item etiam intelligitur ſine facto iudicis, vt notat *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 150. *n.*3. Et totalitatem importat. *Menoch.conſ.*1.*n.*13.

5 Omnem obligationem excludit, vt in *l.non dubito, §.liber autem, ff.de captiuis & poſtlimin. reu. cap.*2. *de arbitris lib.*6. *cap. licet de ſepultur.eod.libro.Valaſc. conſult.*123.*n.*8.

6 Requirit tamen iuris ordinem. *Hippol.conſ.*49.*n.*47.*vol.*1. quia hoc verbum recipit reſtrictionem à iure ſecundum determinationem aliarum legum. *Card.Tuſch.d.concl.*306.*n.*14. Vnde ſi libera facultas data ſit, non ex hoc videtur iuris communis ſublata diſpoſitio; quia etiam tũc procedere debet iuxta iuris diſpoſitionem. *Rebuff. d.verbo libere, verſ. Et an verbum. Menoch.de arbitrar.lib.*1. *q.*7.*nu.*36.*&* 37.Sic etiam ſi teſtari prohibito libera teſtandi facultas concedatur, intelligitur iuris forma ſeruata,vt in *l.ſi quãdo, C.de inoffic.teſtam.Octauian. Vulpell.d.loco, num.*2.*Menoch.d. q.*7.*n.*39.

7 In venditione operatur reſpectu tranſlationis dominij pretio ſoluto, vt per *Card.Seraphin. Rotæ Rom.deciſ.*663.*n.*5.

8 Si petatur libere reſtitui, dicitur intentatum petitorium. *Menoch.de recuper.poſſeſſ.in præfat.num.*15.

9 Non excludit exceptionem prouenientem ex natura actus, & ſubiecta materia.*Farin.in praxi crimin.p.*1. *lib.*1. *tit.*3. *q.*24. *n.*82. *Card.Seraphin.Rotæ Rom. deciſ.*516.*n.*4. *& deciſ.*576.*n.*4.

DICTIO CLXV.
Licet.

1 De vi & effectibus huius verbi late *Rebuff.in comment.ad l. licet* 58.*verſ.licet*, *ff. de verb.ſignificat.pag.*299.

2 Verbum hoc libertatem & arbitrium denotat, non autem obligationem & præciſam neceſſitatem, vt in *l.diem proferre*, §. *ſi plures*, *ff.de arbitris. l.*1.ff.*de interrogat. actionib.* notant *Menoch.conſ.*381.*n.*23.*Ceuall.commun.contra cōmun.q.*750.*nu.*26. *& q.*757.*n.*61. Et ita eſt proteſtatiuum, non neceſsitatiuum. *Card.Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 739. *num.*3.

3 Non eſt taxatiuum, nec excludit alia. *Card.Seraphin.deciſ.* 573.*n.*2.

4 Verbum, libet, liberam & abſolutam arbitrij poteſtatem, facultatemque tribuit. *Menoch. de arbitr. iudicum*, *lib.* 1. *q.* 7. *num.* 32.

DICTIO CLXVI.
Magis.

1 De vi & effectibus huius dictionis vide *Rebuff.in commentar. ad l.quibus* 57.*verſ. & qui magis*, ff.*de verb. ſignific. pag.*295. *& ad Auth.habita in verſ. & maxime diuinarum*, C. *ne filius pro patre. Octau.Vulpell. de præpoſ.& aduerb.ſignificat. in dict.magis,pag.*58.*Cened.pract. & canon.quæſt.ſing.*60.

DICTIO CLXVII.
Mandare.

1 Verbum hoc intelligi debet de coactione, vt per *Card.Seraphin.Rotæ Rom.deciſ.* 1212.*nu.*3.Et paſſim in iure accipitur, pro, committitur, ex notatis per *Hieron.Fernandez de Otero in repet.cap. Gratum*, *de officio deleg.n.*94.

2 Importat etiam idem quod, delegare, vt in *tit.*ff.*de offic.eius cui mand. eſt iuriſd. & in l.*1.§. *damus*, ff.*de ſuſpectis tutor.& in l.*1.§.1.ff.*quis & à quo appelletur.* Aliquādo vero non importat delegatam iuriſdictionem, vt per *D. Martam de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 186. *num.*5.

DICTIO CLXVIII.
Maximè.

1 Exprimit caſum minus dubitabilem, includendo etiam magis dubitabilem. notant

tant *Menoch. de arbitr.caſu* 416. *n.*19.*Azeuedo l.*1.*num.*32.*tit.*19. *lib.*8. *nouæ recopil. Fr. Emman. Roder. quæſt.regul. tom.*2.*q.*100 *art.*2.*verſ. Circa quam notandum eſt.Gutier.can.quæſt. lib.*1. *cap.*20.*n.*6.*Cened.pract. & can. quæſt.ſing.*37. *n.*1. *Card.Tuſch. pract.concluſ. tom.*2. *lit.D.concl.* 309.*n.*10. nouiſsime *ſacra Rota Romana apud Farinac.deciſ.*257. *n.*4.*tom.*1.*p.*2.*Barthol.Perett.ad Extrauag.Ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alien.pag.*256.*nu.*3.

2 Ex propria vi, & natura implicat idem eſſe in caſu cõtrario, licet in illo fortior militet ratio, vel ratio expreſſa deficeret, vt in *l.*1.§.*vel maxime*, ff *de collat.bonor. & in l.ſcire oportet*, §. *& ſi maxime*, ff.*de excuſat.tutor.* notant *Couar.lib.*2.*variarũ cap.*7. *n.*5. *Octauian.Vulpell.de præpoſ. & aduerb.ſignificat.ſub.dict.magis,verſ.maxime,pag.*58.*Gutier. d.c.*20.*nu.*5.*Flamin. de reſignat. lib.*1.*q.*13.*num.*31.*& lib.*2. *q.*1. *n.*31.*Cardin.Tuſch.d.concl.*309. *n.vlt.& concl.* 290.*n.*5.*Cened.d. ſing.*37.*n.*2.vbi *n.*4. aſſerit quod denotat identitatem eſſe in caſu contrario.Poſita tamen poſt genus quod includebat ſpeciem, non denotat implicationẽ. *Surd. conſ.*330.*n.*24.

3 Aliquando ſtat ampliatiue & augumentatiue, vt per *Octau. Vulpell.d.loco verſ.& ſtat.Ludou. Rodolphin.poſt tract.de abſoluta Principis poteſt.lib.*2.*var. q.*50. *n.*28. *Card.Tuſch.d. concl.*309. *n.*1. Alias etiam cauſas complectitur, quam expreſſam. *Vant. de nullitat.tit.ex defectu proceſſus ſub n.*123.*verſ. Idem foret. Ant. Monach.Bonon. deciſ.*28.*nu.*45. Et ſignificat idem in caſu diuerſo. *Hieron.Fernandez. de Otero in repet.cap.Gratum de officio deleg.nu.*37. vbi *n.*38. aſſerit quod aliquando ſolet accipi reſtrictiue & taxatiue.

4 Interdum apponitur pro dictione taxatiua, vt colligitur ex text.iuncta *gloſa verbo maxime, in cap.cum contingat.de foro comp.* notant *Menoch. de præſumpt.lib.*4.*q.*100. *nu.*12.*Azeuedo l.*1.*num.*37. *tit.*19. *lib.*8.*nouæ recopil.* Adiecta enim cauſæ finali ſtat taxatiue non implicatiue, vt in *cap.ad abolendam de filijs presbyt.* vbi *gloſ. verbo in ſecularibus. Couar.d.cap.*7.*num.*5.*Menoch lib.*6.*de præſumpt.q.*50. *nu.* 12.*P.Sanch.de matrim. lib.*6.*diſput.*14.*n.*21.

DICTIO CLXIX.
Meus.

1 EST pronomen poſſeſſiuum demonſtrãs tempus præſens, vt per *Octau. Vulp. de præpoſ.& aduerb.ſignif.ſub dict. magis verſ. meus*, *pag*.59. *Menoch. conſ*.106.*num*.184. *cum ſeq. Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.cap*. 98.*n*.4.& *cap*.104.*num*.18.*cum ſeqq*.

2 Pronomina meum, tuum, ſuum, reſtringunt diſpoſitionem ad tempus præſens,& bona præſentia, vt in *l.ſi ita legatum* 8.vbi *Bart.ff.de auro & argento legato*. *Menoch.de præſumpt.lib*.4.*q*. 127.*in fine*, & *conſ*.106.*n*.170. & *num*.187.& 192. *Surd.deciſ*. 233.*n*.11.& *num*.20.*in fine*.*Ceuall. commun. contra commun.q*. 727.*n*.64.& *q*.900.*n*.64.Denotant dominium, ex *Cald.Pereyra de empt.& vendit.cap*.10.*n*.2.

DICTIO CLXX.
Minime.

1 EST negatiua vniuerſalis, & habet præciſam excluſionem, vt notat *Gonzal. ad reg*.8.*Cancel.gloſ*.40.*n*.1.

DICTIO CLXXI.
Modo.

1 EST demonſtratiua præſentis temporis, vt in §.1. vbi *Port.Inſtit.de rerum diuiſ. Octauian.Vulp. de præpoſ. & aduerb.ſignificat.ſub dict. magis in verſ. modo*, *pag*.59. Tempus quoque præteritum oſtendit.*Cicero lib*.2.*de officijs*, *ibi*, modo enim hoc malum in hanc Remp. inuaſit: & 6.*act.in Verrē*: Quod dico, nuper, imo vero modo, ac plane paulo ante vidimus. *Pichard. in princip.inſtit. de pupil. ſubſtit.n*.32.

DICTIO CLXXII.
Moneat.

1 VErbum hoc inducit cōſilium & non præceptum, vt per *Cened.ad decretal, collectan*.104.*n*.2. Et ſi dicatur, moneas, & inducas, non importat præciſam coactionem, & ſic non datur poteſtas compellendi ita *Celſ. Hugo in tract. clauſul. pag*.493.*col*.1.

DICTIO CLXXIII.
Mox.

1 DE vi & effectibus huius dictionis, ac varijs illius

lius ſignificationibus, late *Viui. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 34. nu. 346. Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. mox, pag. 60. Cened. pract. & canon. quæſt. ſing. 61. Carbon de legibus lib. 8. diſp. 16. verſ. ſexta regula, Moneta de diſtribut. quotid. p. 3. q. 7. num. 37.*

2 Accipitur aliquando pro ſpatio decem dierum, vt in *l. ad peremptorium in fine cum; l. ſeq. ff. de iudic. & in l. promiſſor, ff. de conſtit. pecun.* notant *Viui. d. nu. 346. in fine. Octau. Vulp. vbi ſupra, n. 2.* Quandoque exponitur pro curriculo ſeu ſpatio duorum menſium. *l. à Diuo Pio, §. 1. ff. de re iudic.* Interdum pro triduo. *l. cum ſpeciali, C. de iudic.* notat *Oct. Vulpell. d. loco.* Aliquoties interpretatur ideſt, anno ſequenti, vt in *l. ſed etſi quis, §. ſi operas, iuncta gloſ. verbo mox, ff. de vſufructu.* Nonnũquam denotat triennium. *gloſ. in cap. quia propter, in fine de elect. Alexand. in l. 1. §. qui præſens, n. 8. ff. de verb. obligat.*

3 Hæc dictio proprie ſumpta accipitur pro, confeſtim, ideſt ſine vllo interuallo. notant *gloſ. verbo mox in cap. quia propter de electione. Octau. Vulpell. d. loco ſtatim in principio. Auendan. de exequendis mandatis p. 1. cap. 16. n. 2. Eſcobar de ratiocin. cap. 31. n. 24. Cened. d. ſing. 61. n. 1.*

4 Poteſt tamen importare interuallum temporis, & immediatum tempus, & tunc interpretatur pro, poſtea, vt in *l. 1.* vbi *gloſ. verbo mox, ff. de rebus creditis*; & in *l. de ætate, §. ex cauſa ff. de interrog. actionibus*: notat *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo & poſtea, n. 1. C. de reuocandis donat. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 311. Pichard. in tract. de mora, nu. 188.* Differunt vero, quando hæc ſine interuallo accipitur. *Rebuff. in cõment. ad l. ad edictum 14. verſ. ſed vt ad rem, ff. de verb. ſignific. pag. 100.*

5 Accipitur etiam pro quamprimũ id fieri poteſt. notãt *Doct. in l. tutores, C. de adminiſtrat. tutorum. Octau. Vulpell. d. loco n. 1. verſ. accipitur. Paul. Montan. tract. de tutelis, & curis, cap. 32. num. 30.*

6 Operatur vt ſummarie, & ſine ſtrepitu agatur, vt per *gloſ. in l. momentaneæ, C. vnde vi.* Et appoſitio huius termini legalis taliter eſt perẽptoria, quod probatio poſtea facta nullius eſt momenti, vt in *l. ſcire oportet, §. 1. ff. de excuſat. tutorum.*

7 Iuncta verbo futuri tempo-

ris facit pœnam cenſeri irrogatam ipſo iure. notant poſt *Tiraq. & Cuſſan. Cened. d. ſing. 61. n. 5. Cotta in memorab. verbo mox, in fine, pag. 592. Bertazol. in repet. l. ſi quis maior, C. de tranſaction. n. 655. Sayr. in claui Regia, lib. 3. cap. 8. n. 27. Moneta de diſtribut. quotid. p. 3. q. 7. n. 36. & 37.*

9 Denique per hanc dictionem non prohibetur appellatio, vt per *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 41. n. 12.*

DICTIO CLXXIV.
Multi.

1 VErificatur ſolum in duobus, vel vltra, vt per *Intrigliol. Siciliæ deciſ. 44. nu. 18. Marium Anton. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 109. n. 36. & 37.*

DICTIO CLXXV.
Namque.

1 POnitur pro, certe, vt in *§. hoc autem inſtit. de auctorit. tutorum, & in §. conſtituitur, inſtit. de vſufructu,* notat *Oct. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignif. in dict. namque, pag. 61.*

DICTIO CLXXVI.
Ne.

1 ACcipitur pro, vt non, in *l. fin. C. vbi, & apud quos in integ. reſtit.* & in *cap. fin. de pœnitent. & remiſſ.* & in *cap. ne captandæ de conceſs. præben. lib. 6.* & tunc facit modum. *gloſ. in l. cum pater, §. Titio frater, ff. de legatis 2.* notant *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. namque, verſ. ne, pag. 61. Galganett. de condit. & demonſtr. p. 2. cap. 3. q. 3. n. 1.* vbi 2. aſſerit quod ſi exponatur pro, vt, facit conditionem, per text. in *l. cum tale, §. Titius,* vbi *Bart. n. 1. verſ. tu diſtingue, ff. de condit. & demonſt.*

DICTIO CLXXVII.
Nec.

1 EſSt implicatiua caſus contrarij ad expreſſum, vt in *l. milites ita, §. mulier, ff. de militari teſtam.* & in *l. nec auus, cum gloſ. C. de emancip. liber.* notant *Oct. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignific. ſub dict. namq. verſ. nec, pag. 61. Gutier. pract. lib. 3. q. 30. n. 20. Cened. pract. & can. quæſt. ſing. 113. n. 1,* vbi *nu. 2.* dicit dictionem hanc eſſe negatiuam, & habe-

habere annexam copulam, de quo etiam *Azeu. l.*10.*n.*40.*tit.*1. *lib.*4.*nouæ recopil.Gutier.d.q.*30. *n.*11. *Card. Tuſc. pract. concluſ. tom.*2. *lit.D. concl.*312.*n.*3.

2 Copulat, & continuat præcedens dictum, & eidem iungitur. *l. nec quicquam*, ff. *de officio proconſ.Card.Tuſch.d.concl.*312. *n.*1.*Oct.Vulpell.d.loco.* vbi etiam dicit, quod non inducit repetitionē precedentis diſpoſitionis.

DICTIO CLXXVIII.
Necnon.

1 Reſoluitur in copulatiuā, &, vt notant *Flamin de reſignation.lib.*3.*q.*6.*nu.*22. *Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*3.*nu.*3. *& gloſ.*5.§.7.*n.*78. vbi etiam dicit quod repetit omnes qualitates præcedentes. *Steph.Gratian. diſcept.forenſ.cap.*70.*num.*32.*& cap.*147.*n.*18.

DICTIO CLXXIX.
Nemo.

1 Eſt vniuerſalis negatiua, vt per *Card.Tuſch.practic. concluſ. tom.*2. *litt. D.concl.*316. *n.*2.Et importat omnimodam excluſionem. *Mar. Antoni. variar.reſol.lib.*1.*reſol.fin. caſu* 42.

DICTIO CLXXX.
Nequaquam.

1 Importat idem quod nullo caſu, nullo pacto, nulla ex parte, vt in *l. etiam* §.*ſi quis abſentis*,ff.*de petit.hæred.l.Iulianus*, §.*ſed cum in facto*,ff.*de act.empti.*

DICTIO CLXXXI.
Neque.

1 Habet vim copulatiuæ, & eſt repetitiua præcedentium,ſeu tranſpoſitiua,vt in *l.nec mandāte*,ff.*de tutoribus & curat. datis ab his.* notant *Oct. Vulpell. de præpoſ. & aduerb.ſignific.ſub dict.namq.verſ.neq.pag*,61. *Menoch.conſ.*3.*n.*20.

DICTIO CLXXXII.
Nihil.

1 Eſt vniuerſalis negatiua,& omnia excludit,nullamq. recipit reſtrictionem. *l. is qui ducenta*,§.*vtrū*, ff.*de rebus dub.gloſ. verbo nihil, in Auth. de hæred. & falcid.* Tiraq.*in l.ſi vnquā,verbo ſuſceperit liberos.n.*8.*& num.*85. *C.de reuocandis donation. Octau. Vulpell.de præpoſit, & aduerb.ſignific. ſub dict.namq. verſ.nihil*,

pag.61. Menoch. de præſumption. lib.4.q.89.num.24. & conſ.164. n.3. Surd. de alimentis tit.9.q.35. n.39. & q.37.n.12. Card. Tuſch. pract. concl. to.2. lit. D. concl.313. Cened. pract. & canonic. quæſt. ſing.64. n.1. vbi *nu.2.* aſſerit aliquando dictionem hanc non eſſe penitus omnium excluſiuam: & *nu.3.* dicit quod verba, nihil agit, inducunt annullationem ipſo iure, & important canonem latæ ſententiæ. Et poſita in lege, nihil penitus, vel nihil omnino, importat vniuerſalem negatiuam ſine vlla diſtinctione, vel temperamento; ſed abſolutè, & omni caſu. *Card. Tuſch. d. concluſ.313. nu.2.* Verba illa, nihil penitus, ſunt limitatiua, vt per *Cardin. Seraph. Rota Rom. deciſ. 461. num.5.*

DICTIO CLXXXIII.
Nihilominus.

1 AVget diſpoſitionem, & eam præciſam reddit, vt per *Gonzal. ad regul.8. Cancell. §.7. proœm. n.124.*

DICTIO CLXXXIV.
Niſi.

1 DE vi, & effectibus huius dict. vide *Cacheran. deciſ.174. num.2. Borrell. conſ.12. nu.16.* quos refert *Aldouin. conſ. 63. n.59. Galganet. de condit. & demonſtrat. p.2. cap.1. q.3. Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. niſi, pag.62. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.2. lit. D. concluſ.314. Cened. pract. canon. quæſt. ſing.23. Franciſc. Molin. de ritu nuptiar. lib.1. comparat.20. n.40. cum ſeqq.* & *nu.48.* aſſerit hanc dictionem compoſitam eſſe à duabus videlicet, ſi, &, non.

2 Eſt exceptiua, & importat exceptionem à præcedentibus, vt in *reg. Peccatum de regulis iuris in 6.* & in *l. actione*, vbi *Bart. Iaſ. & cæteri moderniores, C. de tranſact. Oct. Vulpell. d. loco ſtatim in princ. Seraph. de priuileg. iuram. priuil.57. nu.12. Surd. deciſ.225. n.19. Cened. d. ſing.23. n.1. Card. Tuſch. d. cõcl.314. n.1. Steph. Grat. diſcept. forenſ. tom.3. cap.446. nu.41.* nouiſsime *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ.391. n.14. tom.1. p.1.* Alios caſus excludere videtur, vt in *l. qui aliena, §. ſi libertas, ff. de negot. geſtis,* & in *cap. ſi duo, de procurat. lib.6. Nicol. Garc. de benefic. p.1. cap.5. num.70.*

3 Subſequens præcedentem negationem, affirmare facit ea quæ ponit: quemadmodum, & ſi ſe-

ſi ſequatur negatiuam, negationem operatur, vt in *l. ſi eum*, §. *qui iniuriarum*, ff. *ſi quis caution. l. actione*, C. *de tranſact.* vbi *Bart. Salicet. Alexan. & Iaſ. n.* 3. *Dec. n.* 5. *Padil. n.* 12. *Rebuff. in compend. alienat. n.* 70. *pag.* 66. *Menoch. conſ.* 356. *n.* 9. *Surd. de alimentis, tit.* 1. *q.* 104. *n.* 6. *Franciſc. Molin. d. comparat.* 20. *n.* 40. plures refert Doctores *P. Sanch. de matrim. lib.* 1. *diſp.* 19. *n.* 3. *Ce-ned. d. ſing.* 23. *n.* 1. *Gutier. canon. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 2. *Steph. Gratian. d. tom.* 3. *cap.* 542. *nu.* 22. *Card. Seraph. Rotæ Rom. deciſ.* 343. *n.* 3. nouiſſime *ſacra Rota Romana apud Farin. deciſ.* 639. *n.* 2. etiam in exceptis. *deciſ.* 197. *n.* 2. *in fin.* & *deciſ.* 96. *n.* 1. *tom.* 1. *p.* 1. reſoluit quod præcedens negatiuam ponit, & determinat affirmatiuam in caſu nominato. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 343. *n.* 3. vbi *n.* 5. tenet quod ſi oratio affirmatiua præcedit, illa negat, & priuando reſoluit, ſiue oratio præcedens ſit affirmatiua potentiæ, ſiue actus.

4 Importat conditionem. *Cened. d. ſing.* 23. *nu.* 3. *Oct. Vulpell. d. loco, verſ. & quod, pag.* 65. Iuncta actui in futurum importat conditionem. nouiſsime *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 167. *n.* 7. *tom.* 1. *p.* 2. Et non ſolum facit orationem conditionalem, ſed in ſe ipſa conditionem præceden ti conditioni contrariam, vt per *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 67. *num.* 35.

5 Eſt limitatiua, prout notat *Flamin. de reſignat. lib.* 5. *q.* 6. *num.* 183.

6 De ſui natura eſt modificatiua, & excluſiua. *Menoch. conſil.* 3. *nu.* 16.

7 Habet vim taxatiuæ. *Mar. Anton. variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut. fin. caſu* 42.

8 Ponitur priuatiue, & aduerſatiue ad præcedentia. *Cened. d. ſing.* 23. *n.* 1. *Surd. deciſ.* 264. *nu.* 17. *& conſ.* 71. *n.* 6.

9 Ponit actum. *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 9. *n.* 26.

10 Significat oppoſitum eius, cui immediate aduerſatur. *Cened. d. ſing.* 23. *n.* 2. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 104. *n.* 7. *Octau. Vulpell. d. loco verſ. regulariter, pag.* 65.

DICTIO CLXXXV. Nominatim.

1 Exponitur pro, ſpecialiter, vt in *l.* 2. ff. *de liber. & poſth.* notat *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 97. *n.* 16.

DI-

DICTIO CLXXXVI.
Non aliter.

1 INducit formam, vt in *l. de ijs*, ff. *de tranſact.* notant *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. non aliter*, *pag.* 65. *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 65. *n.* 1. vbi numeris ſeqq. quod eſt annullatiua, & facit conditionem.

DICTIO CLXXXVII.
Non niſi.

1 DAt formam, vt per *Marium Anton. variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 94. *n.* 2.

DICTIO CLXXXVIII.
Nonnunquam.

1 EXponi ſolet pro, aliquādo, vt in *l. nonnunquam*, *ff. de re iudicata*, & in *l. eum quem temere in fine*, *ff. de collat. bonor.* notat *Rebuff. in commentar. ad l. qui mortui* 129. *verſ. nonnunquā*, *ff. de verbor. ſignif. pag.* 489.

DICTIO CLXXXIX.
Non ſemper.

1 EXceptionem oſtendit, ſicut, dictio plerumque, vt in *l.* 3. §. 1. *ff. de officio præfecti vigil. & l.* 1. §. 1. *ff. de tutel. & ration. diſtrah.* notat *Rebuff. in comment. ad l. interdum* 78. *verſic. idem in verbo multoties*, *ff. de verbor. ſignif. pag.* 361.

DICTIO CXC.
Non ſolum.

1 IMplicat eandem voluntatem & diſpoſitionem quoad omnia, vt in *l. cum non ſolum*, *C. de bonis quæ liberis.* notant *Ripa de ſubſtitut. reſp.* 13. *nu.* 9. *Oct. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignif. in dict. non ſolum*, *pag.* 66. vbi etiam aduertit, quod quāuis hæc dictio vim affirmatiuam habeat, vt Titius non ſolum doctus eſt, ſed etiam probus: nihilominus ſi clauſula negatiua ſequatur per, nec quidem, tunc ipſa affirmatio negat.

DICTIO CXCI.
Nos.

1 PRonomen hoc eſt perſonaliſsimum, vt per *Cæſarem Argel. de legitimo contradictore q.* 15. *n.* 62. vbi *n.* 63. tenet quod prolatum à ſummo Pontifice excludit Legatum, & Nuntium. *& num.* 70. dicit quod non reſtringi-

ſtringitur ad perſonam ſolius viuentis.

DICTIO CXCII.
Nullatenus.

1 EST vniuerſalis negatiua excludens etiam quamcunque minimam partem. *gloſ. in reg. nemo poteſt de regulis iuris in 6. & in cap. ſtatutum, verbo nullum de reſcriptis eod. lib.* notãt *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſigniſ. in dict. nullatenus, pag. 66. Card. Tuſch. practic. concluſ. to. 2. litt. D. concl. 315. n. 1.*

2 Negat omnes caſus, & omnem potentiam. *l. vlt. C. de teſtam. mil. Menoch. conſ. 383. nu. 14.* Et natura illius eſt negare in totum, & vniuerſaliter iuriſdictionem excludere. *D. Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 153. num. 10. Cened. practic. & canon. quaſt. ſing. 69. num. 3.* vbi etiam, quod per eam cenſetur ſublata facultas diſpenſandi.

3 Habet vim præciſæ prohibitionis, vt per *Steph. Gratian. Marchiæ deciſ. 51. n. 8.*

4 Inducit nullitatem actus ipſo iure, & non aliam pœnam, vt in *Autb. ſi qua mulier,* vbi *gloſ. verbo, nullatenus, C. ad ſenatuſconſ. Velleian. Clem. vni.* vbi *gloſ. verbo, nullatenus, deſequeſtrat.* notant *gloſ. verbo nullatenus in Clem. 1. de ætate & qualit. Flamin. de reſignation. lib. 8. q. 8. nu. 53. & lib. 9. q. 12. nu. 2. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 159. n. 18. Gig. de penſion. q. 100. n. 10. Ceuall. commun. contra comm. q. 527. n. 10. & q. 900. n. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. vlt. nu. 65.* alios citat *P. Sanch. de Matrim. lib. 6. diſp. 32. nu. 7.* multo plures refero ego ipſe in meis remiſſ. ad ſacroſanctum Concil. Trident. *ſeſſ. 21. de reformat. c. 2. n. 20.*

5 Habet vim ſententiæ, & tantum importat quantum clauſula decreti irritantis, vt in *d. Auth. ſi qua mulier.* notant *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, nu. 95. C. de reuocandis donat. D. Marta d. caſu 153. n. 10. Cened. d. ſing. 69. n. 1. P. Rebello de obligation. iuſtit. lib. 1. q. 6. ſect. 6. n. 44.* Et denotat latam ſententiam cuicunque verbo cuiuſcunque temporis iungatur, vt per *Sayr. in claui regia lib. 3. cap. 8. num. 26.*

DICTIO CXCIII.
Nullius momenti.

1 IMportat nullitatem actus ipſo iure, vt in *l. ſi quis Sproxitum,*

pronium, ff. de hæredib. inſtit. & in cap. ordinarij, in fine. de officio Ordin. notant *Tiraq. in l. ſi vnquam verbo, reuertatur, n.97. & n.101. C. de reuocandis donation. Farin. in praxi crimin. p.1. lib.1. tit.4. q.35. n.4. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſ.57. n.7.*

DICTIO CXCIV.
Nullo modo.

1 Est vniuerſalis negatiua, & prohibitiua, excludens omnem caſum & potẽtiam, vt in *l. vlt. C. de teſtam. milit.* notant *Menoch. conſ.383. n.14. Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.70. n.1. & 3. Ferrer. in conſtitut. Cathalon. gloſ.1. n.20.*

2 Eſt præciſa. *Menoch. conſ.22. n.9.* Et operatur præciſam prohibitionem; & idem quod clauſula decreti irritantis. *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.51. n.18.*

3 Excludit diſpenſationem. *gloſ. in Clem.2. §. illi vero, verſ. nullo modo, de ætate & qualit. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, n.94. C. de reuocandis donat. Cened. d. ſing.70. nu.2. Paul. Montan. de tutelis & curis cap.5. num.92.*

4 Eſt canon latæ ſententiæ. *Tiraq. d. verbo reuertatur, n.93. Sayro in Claui Regia lib.3. cap.8. num.26.*

5 Dictio, nullo pacto, trahitur ad non ſpecificata, vt per *Stephan. Gratian. d. deciſ.51. n.24.*

DICTIO CXCV.
Nullus.

1 Est vniuerſalis negatiua, & omnia excludit. notant *Menoch. conſ.106. nu.246. Verall. Roman. deciſ.283. nu.2. p.3. Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.76. nu.1. Cardin. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.843. n.6. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.2. lit. D. concl.315. n.2. & concl.316. n.1. Barthol. Perett. ad extrauag. ambitioſæ, de rebus eccleſ. non alien. verbo quicquam, nu.7. pag.238.* Et ob negationẽ vniuerſalem in ea incluſam denotat ipſo iure. *P. Sanch. de Matrim. lib.8. diſp.21. n.75.*

2 Coniuncta cum verbis, cuiuſcũque temporis, denotat nullitatem, vt per *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, n.243. C. de reuocandis donat.*

3 Nullus, ſæpe ſignificat non quod inualidum eſt, ſed quod re vera non eſt. *Pichard. ad princ. inſtit. de exhæredat. lib. n.47.*

DI-

DICTIO CXCVI.
Nunc.

1 EST demonſtratiua præſentis temporis, vt in *l.1.ff.de condict.indebiti*, *& in l.1.§.nunc tractemus, ff.de tut.& ration. diſtr.& in l.4.§.vlt.ff.de conditionib. & demonſtr.* notant *Menoch.conſ.14.nu.3.Octauian. Vulp.de præpoſ.& aduerb.ſignif. ſub dict. nullatenus, verſic.nunc, pag.67.Card.Tuſch.practic.concluſ.tom.2.litt.D.concl.317.n.1.* vbi *nu.2.* reſoluit quod denotat præſens eſſe initiū obligationis.

2 Denotat temporis extremitatem. *Menoch.conſ.21.n.6.* vbi *n.27.* notat quod eius natura eſt, vt ſit præcedentium declaratiua, & ſimul reſtrictiua. Non tamen ſemper denotat tempus inſtans, ſed ad id quod nouiter factum eſt refertur, vt in *cap.1.* vbi *Abb.de verbor.ſignificat. Octau. Vulp.d.loco*, vbi etiam dicit quod importat, vt quid fiat abſque dilatione, per *l.ſcimus, §.cum autem, C. de inoffic.teſtam.*

DICTIO CXCVII.
Nunquam.

1 EST vniuerſalis negatiua, quæ comprehendit omnem caſum & omne tempus, & interpretatur, nullo tempore. *l.prouidendum, §.1.* vbi *gloſ.C.de poſtul.* notat *Octauian. Vulpell. de præpoſ.& aduerb. ſignificat.in dict.nunquam, pag.67.* vbi etiam dicit quod eſt indefinita, quæ æquipollet vniuerſalibus.

DICTIO CXCVIII.
Nuſquam.

1 ACcipitur pro, nullo in loco, vel cum nullibi eſt, vt in *l.ex conducto, §.ſi vis tempeſtatis, verſ.idemque dicendum, ff.locati.* notat *Rebuff.in commentar. ad l.qui mortui 129. verſic. nonnunquam, ff.de verb.ſignificat. pag.489.*

DICTIO CXCIX.
Ob.

1 CAuſam remotam ſine occaſione deſignat. *l. qui proprio, §.procurator*, vbi *Bald. ff.quod cuiuſque vniuerſ.nom.* notant *Tiraq.in tract. ceſſante cauſa limit.20.n.27.Surd.conſ.223. nu.5. Octau.Vulpell. de præpoſit. & aduerb.ſignificat. in dict. ob, pag.68.*

DI-

DICTIO CC.
Obtinuit.

1 VErbũ hoc ſignificat ius fuiſſe controuerſum, vt in *l.cum ex vno* 32. *in fine*, ibi, *omnibus experiri permitti poſt magnas varietates, obtinuit. l. vetus* 68. ff.*de vſufructu*, *l.pen. ff.de legatis* 1. *Accac.Anton. in comment.ad l.* 3. *n.*60.ff.*de condition.& demonſtrat.*

DICTIO CCI.
Occupare.

1 TAm in bonam, quam in malam partẽ accipi poteſt. notant *gloſ.verbo occupare, in cap.generali de electione in* 6. *Bertazol.de clauſ. inſtrum.clauſ.* 27.*gloſ.*19.*n.*6. vbi etiam notat differentiam inter verbũm occupare,& inuadere; vt primum ad mobilia, ſicut etiam verbum rapere, pertineat: ſecundum immobilia concernat: licet quandoque legiſlatores ea confundant, & eis promiſcue vtantur.

DICTIO CCII.
Occaſio.

1 APud oratores pro opportunitate temporis accipitur. vnde Cicero dicit quod occaſio eſt pars temporis in ſe habens alicuius rei idoneam faciendi opportunitatem: referunt *Cagnol.in l.capienda occaſio,ff.de reg. iuris. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.*27.*gloſ.*15.*num.*1. Apud legiſtas aliter atque aliter accipitur,vt per *Alber.in diction. ſub hoc verbo. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit.*13. *Cardin. Tuſch.pract.concluſ.tom.*2.*lit.D. concl.*318. vbi etiam dicit quod latiſſime eſt intelligenda,vt comprehendat etiam quamlibet occaſionem ſine ratione.

2 Differt à cauſa, ſi quidem illa pro finali accipitur, iſta pro impulſiua, vt per *Tiraq.d.limit.* 13.*n.*4.*& ſeq.* Vel melius cauſa proprie per ſe ordinatur ad aliquid, occaſio vero etiam remotiſſimam cauſam & non rationabilem continet. *Cardin.Tuſch.d. concl.*318.*nu.*2. & *num.*4. aſſerit vulgo dici,Qui vult diſcedere ab amico,occaſionem quærat;ideſt, quamcunque cauſam remotam, & non veram. Et ideo denotat hæc dictio cauſam remotam & impulſiuam. *l.qui occidit*, ff. *ad legem Aquil.cap.vlt. de iniur.* notant *Tiraq.d.limit.*13.*nu.*8.*Menoch.conſ.*335.*n.*25.

DICTIO CCIII.
Olim.

1 TRia tempora denotare poteſt, præteritum, præſens, & futurum, & ad omnia poteſt adaptari. *gloſ. in l. nec emptio*, C. *de contrah. empt. l.* 1. §. 1. *verſ. olim*, ff. *de noui operis nunt. gloſ. in l. eius qui in prouincia*, ff. *ſi certum petatur*. notant *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignif. in dict. olim, pag.* 68. *Card. Tuſch. practic. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 319.

DICTIO CCIV.
Omnimoda.

1 EſSt vniuerſalis, quæ comprehendit omnia. *gloſ. in Clem. quamuis, verbo omnimodā. de foro compet. Card. Tuſch. practic. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 320. *& concluſ.* 485.

DICTIO CCV.
Omnimodo.

1 ESt præciſa, & importat idem quod per omnem modum, vt ex *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, nu.* 73. *cum ſeqq.* C. *de reuoc. donat.* cum alijs notat *Cened. pract. & canon. quæst. ſing.* 71. *nu.* 1. vbi *nu.* 2. aſſerit quod licet ſit præciſa, nihilominus congruam recipit interpretationem à iure communi. & *n.* 3. cum *Rebuff.* & *Caſſan.* dicit quod denotat ſubſtantiam, & totalitatem.

2 Impedit omnem obligationem, vt per *Cald. Pereira de empt. & vendit. cap.* 32. *n.* 31.

3 Denotat præciſam voluntatem, & habet vim decreti irritantis. *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concl.* 320. *n.* 2. vbi *n.* 3. declarat procedere quādo ſtat de per ſe, ſecus ſi habet ſecum adiunctam conditionem, ſeu voluntatem.

4 Quandoque importat perpetuitatem. *l. ſi cum exceptione*, §. *quatenus, verſ. omnimodo*, & ibi *Bart.* ff. *quod metus cauſa*. *gloſ. & Anchar. in clement.* 1. *de vita, & honeſt. cleric.* notat *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. omnimodo, pag.* 69. vbi etiam dicit, quod denotat plenariam poteſtatem. & *n.* 4. tenet quod vbicumque à lege diſponitur, vt aliquid omnimodo, vel omnino fiat, numquam inferior diſpenſare poteſt, vel legem condere contra id, quod à maiori diſpoſitum eſt.

DI-

DICTIO CCVI.
Omnino.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis, vide *Roland. conſ.*84.*n.*3.*cum ſeq.lib.*1.*Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb.ſignificat.in dict. Omnino pag.*70. *Tiraq. in l.ſi vnquam,verbo reuertatur,n.*73.*&* 76.*cum ſeqq. Bertazol.de clauſ.instrum. clauſ.*32. *gloſ.*4.*nu.*6. *Cened.ad Decretal. collect.*177. *nu.*3.*& pract.ac canon. quæst.ſing.*24. *nu.*1.*& ſing.* 71.*nu.*4. *Card.Tuſch.pract.concluſ. tom.*2.*litt. D.concl.*322.*per tot.* & *nu.*1. *&* 2. dicit quod importat idem quod libere, abſolute, totaliter,ſimpliciter, & penitus.

2 Eſt vniuerſalis, vt per *Flamin.de reſignat.lib.*11.*q.*11.*n.*5. *& n.*52.*Gonzal.ad reg.*8.*Cancel. gloſ.6.n.*20. Et cum ſit vniuerſalis, cõprehendit indiſtincte omnes caſus; & non poſſumus dicere quod magis comprehendat vnum quam alium.notant *gloſ.in l.ſi cum exceptione,*§.*quatenus,*ff. *quod metus cauſa*, *Flamin. d.lib.* 11.*in præfat.n.*12.*Seraphin.de priuileg.iuram.priuil.*49. *nu.*44. vbi etiam aſſerit quod excludit exceptionem.

3 Eſt præciſa, neceſſitatem importat, ac idem quod indiſtincte, & omni parte. vt in *l.ſi cum exceptione,*§.*quatenus,*& ibi *gloſ.* ff. *quod metus cauſa*, *l. vbi autem,* §.*fin.* ff.*de verb.oblig. Clem.* 1.vbi, *gloſ.verbo omnino*, *de vita & honest.cleric.*notant *Tiraq. d.verb.reuertatur nu.*89. *Octau. Vulpell. d. loco statim in princip. Menoch. conſ.*1.*nu.*21.*& de præſumpt.lib.*4.*q.*166.*n.*49.*Bertaz. vbi ſupra.Matienſo in rub. tit.*1. *gloſ.*1.*n.*39.*lib.*5.*nouæ recop.Flamin.d.lib.*11.*in præfat.nu.*11.*D. Barboſa in l.*1.*p.*4.*nu.*19.ff.*ſoluto matrim.Seraphin. de priuileg. iuram.priuil.*58.*n.*15. *P.Sanch.de Matrim.lib.*1.*diſp.*32.*n.*6.*Benedict.Aegid.in repet.l.*Ex hoc iure, ff.*de iustitia & iure p.*1. *cap.*8. *n.*40. *Cened.d.ſing.*24. *nu.*2. vbi *n.*4.reſoluit quod licet dictio hęc præciſa ſit,nihilominus congruã recipit interpretationem à iure communi.

4 Excludit omnem gratiam & diſpenſationem, vt per *Matienſo d.gloſ.*1. *n.*39. *P.Sanch.d. lib.*1.*diſp.*32.*n.*6.

5 Significat idem quod, in perpetuum. notant *gloſ.verb.omnino in Clem.*1.*de vita & honeſt. cleric.Menoch.conſ.*1.*num.*21.*& conſ.*2. *nu.*257. vbi *num.*256. aſſerit

ſerit quod non patitur reſtrictionem.

6 Quando adijcitur verbo futuri temporis idem importat, ac ipſo iure, vt notant *Tiraq. in l. ſi vnquã, verb. reuertatur, n.76. C.de reuoc.donat. Rebuff. in commentar. ad l. pecunia 178. verſ. ſecũdo, ff.de verb.ſignif. pag.178.* vbi tenet quod ſi conſtitutio dicat hęreticum, vel emphyteutam cadere omnino, vel priuari beneficijs, intelligitur ipſo iure, ſine miniſterio, ſeu facto hominis, & ſine ſententia priuationis: cui reſolutioni ſubſcribunt *P.Rebello de obligat. iuſtit. p.1. lib. 1. q.6. nu. 44. Bernardin. Muſcatel. de modo fideiubendi, p. 1. modo 14. n.12. Cened. d. ſing. 24. n.6. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 322. n.5. Moneta de diſtribut. quotid. p.3. q.7. n.37. Io. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſt. p.4. cap. 1. n.71.*

7 Reddit proceſſum nullum, quemadmodum dictio, vllo modo, vt ex *Tiraq. d. verbo reuertatur, n.125.* notat *Steph. Gratian. Marchiæ, deciſ. 51. n. 11.*

DICTIO CCVII.
Omnis.

1 EST vniuerſalis, & nihil excludit, vt in *l. Iulianus,* & in *l. teſtatorem in princip. ff. de legatis 3. l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. l. pediculis, §. labeo, ff. de auro, & arg. leg.* notant *Menoch. remed. 15. recuper. n. 194. & conſ. 20. nu. 17. & conſ. 156. nu. 23. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo totam, n.1. C. de reuoc. donat. Burg. de Paz conſ. 25. n.28. Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ. 21. gloſ. 4. nu. 1. Surd. deciſ. 265. nu. 30. & conſ. 380. n.36. & conſ. 424. n.17 Flamin. de reſignat. lib. 11. q.3. n.16. Cened. practic. & canonic. quæſt. ſing. 25. nu. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 6. n.21. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 397. n.1. Stephan. Gratian. Marchiæ, deciſ. 24. n.5. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 9. n.5. Anton. Monach. Florent. deciſ. 69. n.7. & deciſ. 71. n.18. Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. deciſ. 287. n.1. p.2. vbi n.4.* aduertit quod cõprehendit plures caſus etiã diſſimiles; & quod facit comprehendi ea, quę aliàs non comprehenderentur, dicit *Anton. Monach. d. deciſ. 69. nu. 8.* vbi *num. 9.* idem dicit de eis quæ non comprehenderentur ex proprietate vocabuli.

2 Inter omne, & totum non eſt differentia, vt per *Raudenſ. de analogis lib. 1. cap. 12. ſub num. 21.*

Anton. Monach. d. deciſ. 71. *n.* 22.

3 Collectiua eſt, quæ prædicatur de pluribus, vt in *l. non diſtinguemus*, §. *ſi plures de arbitris*. *Card. Tuſch. practic. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 252. *nu.* 5. & *concluſ.* 397. *n.* 13. Et eſt ſignum vniuerſale, quod prædicatur de pluribus differentibus numero. *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 205. *n.* 2. *Card. Tuſch. concl.* 597. *n.* 3. *d. lit. D.*

4 Inſtitutio facta cum hac dictione, facit quod ex intentione teſtatoris comprehendantur omnia bona tam mobilia, & immobilia, quã iura & actiones. *Card. Seraph. Rotæ Rom. deciſ.* 584. *n.* 3.

DICTIO CCVIII. Oportet.

1 Verbum hoc excludit arbitrium iudicis, ex. tex. in *l. verbum oportere* 37. ff. *de verb. ſignif.* vbi late *Rebuff.* qui in *verſ. idem dicerem in fine*, aſſerit interdum poni pro conſentaneo, & opportuno; & illum citat *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 146. *n.* 20.

2 Aliquando neceſſitatem importat, *Auth. de iudicib.* §. *oportet, verſ. neceſſario, collat.* 6. *l. ſi quando, C. vnde vi. cap. non oportet* 3. *q.* 9. *cap.* 1. *de præſcript. in* 6. vbi *gloſ. cap. cum ab vno, de re iudic. eod. lib. Rota Rom. apud Farinac. deciſ.* 50. *n.* 2. *in nouiſs. nouiſs. Sayr. in claui regia, lib.* 3. *c.* 7. *num.* 20. *Melch. Phæbos Luſitan. deciſ.* 9. *n.* 5.

3 Nonnunquam decentiam, & honeſtatem non neceſſitatem denotat. *cap.* 1. 25. *q.* 1. & cum *Felin.* & *Soccino.* notat *Stephan. Gratian. d. cap.* 146. *n.* 18.

DICTIO CCIX. Palam.

1 Aliquando intelligitur coram multis. *l. palam*, ff. *de verb. ſignificat.* vbi *Alciat.* & *Rebuff.* Differunt palam, & publice quid fieri; quia palam fieri dicitur coram pluribus, puta duobus: at publice quod fit coram populo. notat *Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignif. in dict. palam, pag.* 71.

DICTIO CCX. Pariter.

1 Importat paritatem iuris, vt in *cap. venerabilem*, §. *quod autem, de electione*. notant *Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignif. ſub dict. palam, verſ. pari-*

*pariformiter, pag.*72. *Card. Tuſchus practic.concl. tom.*2. *lit. D. concl.*323.

3 Exponitur pro, ſimul, vt in *l. ſi pariter*, ff. *de liberali cauſa*; & in *l.* 2. ff. *communi diuid.* cum alijs iuribus quæ adducit *Rebuff. in comment.ad l.paries* 157. *verſic.de aduerbio*, ff. *de verb.ſignific. pag.* 548. vbi etiam aſſerit aliquando accipi pro, ſimiliter, aut æqualiter. *gloſ. in cap.bonæ el* 1. *in verbo ad nos, de elect.* dicit hoc aduerbium importare ſimilitudinem, non idem momentum temporis, quam citat *Card. Tuſch. d.concl.*323. *n.* 3.

DICTIO CCXI.

Pene.

1 IDem ſignificat, quod quaſi, & quodammodo, ideſt fictionem, & improprietatem, vt in *l.fin.C.de impuber.& alijs ſubſtit.l.patris & filij*, *C.de vulgari & pupil.* notat *Octau. Vulpell. de præpoſ.& aduerb. ſignific. ſub dict. Palam, verſ.pene, pag.*72. Demonſtrat enim non ſemper rem vel perſonam eſſe eandem. *Menoch.de præſumpt.lib.*4.*q.*18. *num.*29.

2 Imminuit parum de ſignificatione eius cui adijcitur, ac inducit conſequentiam, vt per *Octau.Vulp.d.loco.*

3 Penes te, & apud te differunt. *l.penes te*, ff. *de verb.ſignif.* quia apud perſonæ: penes rei præponitur, vt multis auctoritatibus comprobat *Cened.pract.& canonic.quæſt.ſing.*79. *per totum.*

DICTIO CCXII.

Penitus.

1 IDem importat quod prorſus, ex toto & omnino, vt in *cap.*1. *de ſupplenda neglig.prælat.* cum alijs citatis per *Alber.in ſuo diction.in hac dict. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.*21. *gloſ.*29. *n.*3. *& clauſ.*41. *gloſ.*8. *nu.*8. *Vincent. de Franchis deciſ.*169. *n.*1. *Cardin.Tuſch.pract.concluſ. tom.*2. *litt.D.concl.*325. *n.*2. Exponitur etiam pro omni caſu, & in totum, & habet adeo præciſam naturam, vt nullam recipiat modificationem, ſeu limitationem, vt per *Card.Seraphin.Rotæ Rom. deciſ.*447. *n.*4. *Octau.Vulpell. de præpoſ.& aduerb.ſignific.in dict. penitus, pag.*72.

2 Eſt præciſa, & omne præiudicium excludit, nullamque limitationem admittit, vt in, §. *eſt & aliud*, *inſtit.de donatione* notant *Menoch.remed.*14. *recuper.*

n.5.& remed.4.adipiſc.n.19.& de præſumpt.lib.4.q.166.nu.49. Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.73. nu.1. Cardin. Seraphin. Rota Rom.deciſ.325.num.17.D. Marta de iuriſdict.p.4. cent.1. caſu 85. nu. 19. Ceuall. commun. contra commun.q.828.n.22. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 51.n.23. Cardin.Tuſch. d.concl. 325.n.1.

3 Significat nullitatem actus ipſo iure, vt in *cap.nouit.de ſimonia*, notant *Cened.ad ſextum collect.25.n.3.Bertazol.d.clauſ.41. gloſ.8.nu.8.Moneta de diſtribut. quotid.p.3.q.7.n.37.P.Sanch.de matrim. lib.8.diſp.21.n.75. Nicol. Garci. de benefic.p. 8. cap.1. num.5.*

4 Si apponatur à teſtatore in ſuo teſtamento, cenſetur mutatum primum teſtamentum, etiam ſi habuerit clauſulam ſpecialem derogatoriam, ex *Couar.in rub. de teſtamentis p.2.num.11.verſ.* 14. quem refert *Cened. d. ſing. 73.num.4.*

DICTIO CCXIII.

Per.

1 Coniuncta tempori ſignificat continuationem totius temporis, vt in *l.vrbana* 166.*§.pernoctare*, ff.*de verb.ſignific.*vbi *Rebuff.verſ.notandum, pag.*571. *Maſcar.de probat.concluſ.*1215.*n.*2. *Menoch.de arbitrar.caſu 462.num.7.Gonzal.ad reg.8. Cancel.gloſ.9.in annot.nu.* 89.*Cened. pract.& canon.quæſt. ſing.76.n.1.Cardin.Tuſch.pract. concluſ.tom.2.lit.D.concluſ.324. num.1.*

2 In compoſitione & ſimpliciter rem integram, perfectam, & omnibus numeris abſolutam oſtẽdit *l.2.in princ.ff.de adulter. l.qui procuratorem in princ.* ff.*de procuratorib.* notant *Rebuff.in d.§.pernoctare. Tiraq.in l.ſi vnquam verbo, reuertatur, n.*194. C.*de reuocandis donat.Maſcard. d.concl.1215.nu.2.Cened.d.ſing. 76.nu.*4. Requirit tempus perfectum. *Octauian.Vulpell.de præpoſ. & aduerb. ſignificat.in dict. per n.2.pag.74. Io.Garc.de nobilit.gloſ.26.in medio.* Ideo teſtes deponentes quod quis poſſedit per annum, intelligitur per annum perfectum & finitum, vt per *Cardin.Tuſch.d.concl.324.nu.*2. vbi *n.*3. dicit quod cauſam efficientem importat.

DICTIO CCXIV.
Perinde.

1 EſT ſignificatiua improprietatis & fictionis, vt in *l.ſed etſi lege*, §.*perinde*, ff.*de petit.hæred.l.ſacrilegij*, vbi *gloſ. ff.ad legem Iul. pecul.* notant *Tiraq.in l.ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos*, *n.7.C.de reuoc.donat. Octau.Vulp.de præpoſ.& aduerb. ſignific. in dict.perinde*, *pag.74. Menoch.conſ.*158.*num.*72.*Surd. conſ.*375.*n.*42.*Cened.practic.& canon.quæſt.ſing.*33.*n.*1.

2 Quandoque eſt repetitiua, vel ſimilitudinaria quoad omnia. *l. cum hæres in princ.* ff. *de acquir.hæred.*§.*item nobis in fine inſtit.per quas perſonas nobis acquir.notant Pichard.ad* §.1.& 2. *n.*27.*quibus modis teſtamenta infirm.*late *Octau.Vulpell.d.loco*, *n.*4. *Rebuff.in comment.ad l.munus* 18. *verſ. perinde*, *pag.*116. & *ad l.portus* 59. *verſ. perinde*, *pag.*305. ff.*de verb.ſignific.Menoch.de arbitrar.caſu* 314.*n.*13. *Menoch.illuſtrium lib.*3. *c.*107. *num.*3.*Gama Luſitan.deciſ.*123. *n.*2.*Cened.d.ſing.*33.*n.*2.Importat omnimodam æqualitatem. *Bonacoſ. commun. opin. verbo dictio*, *pag.*52.*verſo*. Et refertur ad omnes qualitates, & æquiparat vnam alteri. *l.filio*,§.*pen.*ff.*de alimen.& cibar.leg.Menoch.conſil.*20.*n.*19.*Cald.Pereyra quæſt. forenſ.conſ.*4.*n.*35.

3 Declarat ſimilitudinem non vero identitatem ſubſtantiæ, vt per *Ceuall.commun.contra commun.q.*7.*n.*14.

DICTIO CCXV.
Per omnia.

1 VErba hæc ſimul iuncta multum operantur, & important omnem ſubſtantiam, & qualitatem, vt per *Cottam in memorabilib. verbo per omnia*, *pag.*679. Et nihil omnino excludunt. *Surd.conſ.*412.*nu.*29. Reſpiciunt omnem tempus, & trahuntur ad futura. *Octau.Vulpell. de præpoſ.& aduerb. ſignificat.in dict.per omnia*, *pag.*75.

DICTIO CCXVI.
Perpetuo.

1 NAtura huius dictionis eſt, vt ſine præfinitione temporis accipiatur, & ſe in infinitum extendat. *l.pure in fine*, ff.*de doli except.* notant *Menoch.conſ.*95. *nu.*4. & *conſ.*706. *nu.*29.*Pute.deciſ.*115.*nu.*8.& 5. *p.*1.

*p.1.Azeuedo l.8.n.51.tit.1.lib.5. noua recopil. Pinel.in l.1.p.3.nu: 67.C.de bonis maternis. Cotta in memorabil.verbo perpetuum pag.683. Ioan.Garcia de nobilitate gloſ.1.§.1.n.29.Molina de Primog.lib.1.cap.5.n.33.D.Barboſa in l.quia tale num.7.*ff.*ſoluto matrim. Surd. conſ.123. num.5. Card.Tuſch.pract.concluſ.tom.2. lit.D.concl.326.n.8.Anton. Monach. Bonon. deciſ.40. puncto 3. n.36.&.37. Cened.pract.& canon.quaeſt.ſing.78.n.*1.vbi etiam dicit, quod accipitur pro, ſemper, & omni tempore per *l.fundi, §. labeo,* ff. *de actionibus empti, l. eum debere,* ff. *de ſeruit. vrban.*

2 Intelligitur tamen ſecundum ſubiectam materiam,vt per *Bertazol.de clauſ.inſtrum.clauſ. 42.gloſ.5.n.*1.prout in ſucceſſione intelligitur quandiu aliquis erit ſuperſtes. *Card.Seraph. Rotæ Rom.deciſ.874.n.5.* Interdum vero accipitur ad vitam, vt per *Luſitan.Franciſc. de Souza in repet.§.actionum inſtit de actionib. p.4.art.2.n.7.*

3 Prohibitio facta ne perpetuo bona alienentur extra familiam, extenditur etiã vltra quartum agnationis gradũ. *Menoch. conſ.95.nu.4.* Et aliquando accipitur vſque ad tertiam generationem, vt ex *Mendoſ. notat Cened. d.ſing.78.n.4.*

4 In præſcriptione intelligitur de ſpatio triginta & quadraginta annorum, prout actiones competere poſſunt. *Tiraq. de retractu conuent.§.1.gloſ.2.n.11 Cened.d.ſing.78.nu.3. Card.Tuſchus d.concl.326.n.6. Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ. 1360. num.10.*

5 Perpetuum nihil poteſt eſſe ſub ſole, niſi per ſubrogationem *l. eum debere columnam,* ff. *de ſeruitut.vrban.Molina de primog.lib.1.cap.4.num.15.* Perpetua tamẽ dici poſſunt ea omnia, quæ licet aliquo modo ante mortem finiri poſsint, apta ſunt ad vitam durare, quia non habent tempus certum,intra quod duratura ſint. *l.ſufficit 56.*ff. *de condict.indeb.cap.vlt.iuncta gloſ. verbo perpetuus de reſcriptis in 6.* cum alijs adductis,per *Tiraq.de retractu tit.1.§.1.gloſ.4. n.120. & tit.2.§.1.gloſ.1.n.39. P.Soar. de legibus l.8.cap.5.n.1.cum ſeq.* Hinc perpetuus cenſetur actus, qui certo temporis ſpatio non cõcluditur *l. iuriſperitus in princip.* & ibi *Bart.* ff.*de excuſat. tutorum. l.de pupillo, §. ſi quis ipſi pratori,*ff.*de noui operis nunt.cap. ſi gra-*

ſi gratioſe de reſcriptis lib.6. Flamin. de reſignation. lib. 11. *q.* 5. *num.* 42.

DICTIO CCXVII. Perſona.

1 MAſculum, & fœminam complectitur, vt notant *Azeued. ad l.*1.*n.*175.*tit.*5.*lib.*8. *nouæ recopil. Steph. Grat. diſcept. forenſ. cap.* 58. *nu.*19. *cum ſeqq.* dixi in *Remiſs. ad Ordinat. Regiam Luſitanor. lib.*4. *tit.* 36. *in princ. nu.*2. *verbo algũa peſſoa.*

DICTIO CCXVIII. Perſuadeo.

1 VErbum hoc non inducit mandatum. *l.*1.*§. idem Papinianus, ff. depoſiti.* notat *Nicol. Mozz. tract. de contract. tit. de ſubſtantial. mandati, n.*9.

DICTIO CCXIX. Pertinere.

1 HOc verbũ latiſsimas habet habenas. *l. verbum illud pertinère,* vbi notant *Alciat. & Rebuff. ff. de verb. ſignif. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 15. *gloſ.* 2. *nu.*2. *& clauſ.*26. *gloſ.*13. *num.* 1.

2 Et ita latiſsime ſumitur, vt comprehendat etiam eũ cui debetur actione perſonali. *Hippol. conſ.*26.*n.*13. *& conſ.*40.*nu.*25. *& conſ.*60.*n.*8.*vol.*1. Et ad poſſeſſorium, & petitorium adaptari poteſt, vt per *Menoch. in prælud. recuper. n.* 13. *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.*2.*lit.D. concl.* 327.*n.*1. Ac omnem titulum cõprehendit. *Portoles de conſortibus cap.*3.*n.* 5. *& cap.*5.*n.*19.

3 Reſpicit poſſeſsionem, & dominium. *gloſ. verbo pertinere,* & ibi *Felin. n.*2. *in cap. inter dilectos, de fide inſtrum. l. liber homo, ff. de acquir. rerum domin. l. per ſeruum, verſ. ſed quemadmodum, ff. eodem tit. Menoch. conſil.* 21. *num.*4. *Bertazol. d. gloſ.*13.*nu.*1. *Cald. Pereira de empt. & vendit. cap.*22.*n.*22. *Card. Tuſch. d. concluſ.*327.*n.*1.

DICTIO CCXX. Placere.

1 VErbum hoc de boni viri arbitrio intelligitur, vt notat *Luſitan. noſter Benedict. Aegid. in repet. l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure, part.* 1. *cap.* 8. *num.* 60.

DICTIO CCXXI.
Plene.

1 PLenum, plene, & pleniſſime, intelliguntur, ideſt, ſine aliqua diminutione; & plenum dicitur quod nõ recipit additionem, aut diminutionem. notant *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. plene, pag. 70. Menoch. conſ. 19. nu. 12. Steph. Grat. Marchiæ deciſ. 239. num. 5. Card. Tuſch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 297. n. 14.*

2 Plenũ idem importat, quod verbum liberum, vt per *Cardin. Tuſch. d. lit. D. concl. 331. n. 8.*

3 Plenarium dicitur quod adiectione non indiget. *Card. Tuſch. d. lit. D. concl. 330. n. 1.*

DICTIO CCXXII.
Pleno iure.

1 PLenum ius quando dicatur, inuenies apud *Card. Tuſch. practic. concl. lit. T. concl. 364. Steph. Grat. diſcept. forenſ. cap. 46. per totum.*

2 Verba huius dictionis totalitatem important. *Menoch. conſ. 1. n. 13.* Etiam in proprietate, & poſſeſſione, vel vſufructu, vt per *Steph. Grat. Marchiæ deciſ. 239. n. 6. Card. Tuſch. practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 331. à princip.* vbi *nu.* 3. intelligit cum omni integritate, & ſine diminutione. Quando enim facultas conceditur pleno iure, intelligitur integre, & ſine vlla diminutione, *Card. Tuſch. d. lit. D. concluſ. 297. n. 14. & concl. 329. n. 1.*

3 Expreſſa à teſtatore debent aliquid operari vltra ius commune, prout notat *Steph. Gratian. d. deciſ. 239. n. 10.* vbi *nu.* 9. aſſerit quod referũtur ad hæreditatem, quæ dicitur pleno iure pertinere ad hæredem, licet vſufructus alteri legetur.

4 Conceſſio facta pleno iure oſtendit non eſſe feudum, ſed donationem. *Menoch. conſ. 191. num.* 14.

DICTIO CCXXIII.
Plerumque.

1 OStendit caſus frequentiam, quaſi ſæpiſſimè. *Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignific. in dict. plerumque, pag. 76. Menoch. remed. 8. recup. n. 91. Paul. Montan. de tutelis & curis, cap. 15. n. 139. in fine.*

2 Conſtituit regulam. *Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 22. num. 25. Maſcard. de probation.* con-

*concl.*892.*n.*2. *Card.Tuſch. practic.concl.tom.*2.*lit.D.concl.*332.

3 Denotat exceptionem, & regulam eſſe in contrarium, vt in *l. plerumque*, & in *l. locus*, & in *l. pronuntiatio*, §. 1. ff. *de verbor.ſignific.*& in *l.*1.§.1.ff.*de itinere actuq. priuato*. notat *Tiraq. de retractu lig.*§.1.*gloſ.*9. *num.*224.

4 Aliquando exponitur pro, interdū, ex *Menoch.de præſumpt. lib.*5.*q.*30.*n.*19.

DICTIO CCXXIV.
Pluries.

1 TErnario numero contenta eſt, vt in *cap.olim de reſcript.* vbi *Bald.* notant *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb.ſignific.in dict. pluries,pag.*77.*Cened.practic.& canon. quæſt.ſing.* 80.*nu.*4. *Steph.Gratian. diſcept. forenſ.cap.*135.*n.*10. vbi *n.* 11. aſſerit quod dictio, multa, etiam verificatur in tribus.

DICTIO CCXXV.
Plus.

1 ESt aduerbium comparandi, & de modica quantitate intelligitur, vt in *l. etſi poſt tres*, vbi *gloſ.& Bald.* ff. *ſi quis caut.* notant *Octau. Vulpell. de præpoſit.& aduerb.ſignif.in dict. plus,pag.*78. *Menoch. de arbitr. caſu* 145. *nu.* 4. *cum ſeq. Cened. pract.& canon. quæſt. ſing.* 80. *num.* 1.

2 Prolata à teſte, cum ſit ambigua, nihil operatur, vt per *Viu. tom.*1. *commun.opinion. lib.*4.*tit.* 10.*de teſtibus,n.*379.*Menoch.de arbitrar.caſu* 47.*in princ.Cened. d.ſing.*80.*nu.*2.*Maſcard.de probat.concl.*1396.*nu.*7.*Steph.Grat. diſceptat.forenſ.cap.*277.*n.*10.*cū ſeqq.* Nec poteſt ſuppleri illud tempus, quod eſt à principio litis vſque ad diem examinis, ſeu depoſitionis. *Maſcard. de probat. concl.*424.*n.*24.*quem refert Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*9.§.1.*in annot.n.*91.

3 Significat tempus perfectū, cùm agitur de certo tempore probando. *Menoch.de arbitr. caſu* 47.*num.*1. Et nihil reuelat. *Viu.tom.*2.*commun.opinion.lib.*9. *tit.*34.*n.* 61.

4 Dictio, Plures, verificatur in duobus. *Maſcard.concl.*838. *n.*12.*Cened.d.ſing.*80. *nu.*3. vbi etiam aſſerit quod dictio, plurimi, verificatur in tribus. In probatione famæ ſi teſtes dicant audiuiſſe à pluribus, de duobus tātum accipere debemus, *l.vbi numerus*,

merus, ff. *de teſtib.* notat *Octau. Vulpell.d.dict.plus,nu.*5.& nu.6. cum Romano reſoluit, quod ſi teſtis dicat: quod Titius poſſedit per plures, & plures annos, intelligendũ eſt de quatuor propter geminationem.

5 Dictio, Plura, in materia prohibitiua, verificatur in duobus, vt nouiſſime deciſum eſt in *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.*528.*n.*3.*tom.*1.*p.*1.

6 Pluralis enim numerus vno non contentatur, vt per *Cardin. Tuſch.pract.concluſ.tom.*2.*lit.D. concl.*333.*num.*1. & *lit.P. concl.* 367. Imo in duobus ad minus debet verificari. *l.vbi numerus*, ff. *de teſtib. l.libertas*, §.*vlt.*ff.*de manumiſs.teſtam. l. inter illa*, §.*fin.* ff.*verb.obligat. cap.pluralis locutio* 40.*de regul. iuris,lib.*6. *Eſcobar de ratiocin.cap.*18.*n.*43.

DICTIO CCXXVI. Poſſum.

1 Hoc verbum importat facultatem, ac liberam voluntatem, & non neceſsitatem quando affirmatiue profertur. *l.ſæpe cum ibi notatis*, *ff. de offic. præſid.l.*1.*C.quomodo & quando iudex,gloſ.verbo poſſit in cap.Statutum de reſcriptis.* notant *Coſm. in pragmat.ſanct.tit.de collation. verbo poterunt,pag.*280. *Surd.de aliment.tit.*5.*q.*4. *nu.*14. & 15. *Bertaz. de clauſ. inſtr. clauſ.*27. *gl.*13.*n.*5.*Gutier.de tutelis & curis,p.* 1.*cap.*7. *n.*6. *Morla in emporio iuris,par.*1.*tit.*2. *in prælud. num.*18.*Caſtill.controuerſ.lib.*2. *cap.*30.*n.*4.*P.Sanch.de matrim. l.*6.*diſp.*38.*n.*20. *Steph.Gratian. diſceptat.forenſ. tom.*1. *cap.*146. *nu.*15. & *tom.*3. *cap.*506.*n.*12. & 13. *Seraph.de priuileg.iuram. priuileg.*33. *à nu.*69. *Aloyſ.Ricc. in praxi rerum fori eccleſiaſt.deciſ.*720.*à nu.*1.*in* 1.*edit.* & *reſolut.*610.*n.*7.*in* 2.*edit.Pichard.in diſput.de mora,num.*121. *Farin. in praxi crimin. p.*1. *lib.*1. *tit.*3. *q.*23.*num.*5. Et in hoc ſenſu exponitur, pro verbo, debet. *Seraph. d.priuileg.*33. *nu.*71. *Flamin. de reſignat. lib.*5.*q.*3.*n.*84. Affirmatiue etiam conceptum inducit arbitrium, & electionem. *Ferrer.in conſtitut.Cathal.gloſ.*1. *num.* 322.

2 Negatiue vero prolatum neceſſitatem importat, & actum contra geſtũ omnino reddit nullum, priuatq. omni potentia, iuxta doctrinam *gloſ. verbo non poteſt de regulis iuris, lib.* 6. notant *Bernard.reg.*487. *Tiraq.de iure mariti, gloſ.*4. *nu.* 1. & 11.

Vita-

*Vitalis de camban.in tract. clauſul.pag.*400. *nu.* 1. *Hippol. conſ.* 65.*n.*17.*vol.*1. *Franciſc. Galet. in margarita caſuum cõſcientiæ, verbo clauſula*, *pag.* 40. *Garcia Falchon.reg.*484.*Gutier.in repet. l.nemo poteſt n.*145. ff. *de legatis* 1.*& practic.lib.*3. *q.*52.*num.*6. *Mench.vſufrequent.cap.*10.*n.*3. *Azeuedo ad l.*1.*nu.*1. *tit.*3. *lib.*5. *& l.*4.*nu.*1. *tit.*6. *& l.*8. *num.*1. *tit.*10. *eod. lib.* 5. *nouæ recopilat.* *Cald.Pereira in l.ſi curatorem in princip. nu.* 27. C.*de in integ. reſtitut. & de poteſtate eligendi, cap.*10.*num.*1. *& num.*42. *& de reſolut. emphyt. cap.*3.*nu.*1. *Cou. in cap.quamuis pactum de pactis lib.*6.*p.*2. §.4.*n.*4. *Cened.ad ſextum collect.*18.*n.*4. *Card.Tuſch. practic. concluſ. lit.P. concl.*464. *P. Sanch. de matr.lib.*6.*diſp.*38. *num.*20. *Franciſc.Molin. de ritu nuptiar. lib.*3.*q.*41.*n.*31. Negatio enim. præpoſita huic verbo; reddit ipſo iure actum inutilem ſi fiat in contrarium, ex *Ceuall. commun. contra commun. q.*404. *n.* 5. *P. Rebello de obligat. iuſtit. p.*1.*lib.*1.*q.*6.*n.*42.

3 Trahitur ad futurum etiamſi ſit poſitum in tempore præſenti, vt in *l. ſi ita quis teſtamento* 53. vbi *gloſ. verbo quandoque*, ff. *de legatis* 2. *l.quod ſeruus* 8. *in fine*, vbi *gloſ.verbo poteſt*, ff.*de condict. cauſa data*. notant *Steph. Grat. diſcept. forenſ. cap.* 155. *nu.* 17. *Bertazol.de clauſ.inſtrum.clauſ.* 27. *gloſ.*13.*num.*5. vbi etiam dicit de iſto verbo quod comprehendit illud quod licite, & commode fieri poteſt, ex text. in *l. nepos Proculo*, vbi *Alciat.ff.de verb. ſignific.*& quod non comprehendit id, quod eſt contra bonos mores, per *l. culpa caret*, & ibi *Cagnol.n.*3. ff.*de regul. iuris*.

4 Intelligitur ſecundum iuris diſpoſitionem, ex *Seraph. d. priuil.*33.*n.*72.

DICTIO CCXXVII.
Poſt, Poſtea.

1 QVantum ad interuallum nihil omnino differunt, ſicut, ante, &, antea. *Tiraq. in l.ſi vnquam, verbo & poſtea, n.*13. C. *de reuoc. donat.* Imò in multis iuribus manifeſte apparet has dictiones eſſe eiuſdem ſignificationis, & naturæ, videlicet in *l. forma*, §. *quæ poſt centum*, ff. *de cenſibus*, & in *l. legem*, C. *de naturalib. libreris*, & in *l.*1. *in princ.* ff.*quando de peculio actio annalis eſt*; & in *l.*11 §. *rectiſſime*, ff. *de vi, & vi armata*, & in *l.* 1. *in princ.* ff. *de militari teſtam.*

teſtam. & in §. *ſi ab hoſtibus*, *verſ. dictum eſt*, *inſtitut. quibus modis ius patriæ poteſt. ſoluitur*, §. *quibus inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* notat *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 34. *n.* 5.

2 Sunt dictiones ſeparatiuæ, vt in *l. ſi cui legetur*, ff. *de legat.* 1. notat *Octau. Vulpel. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. poſt, pag.* 78. vbi *n.* 2. aſſerit quod denotare poſſunt actum ſequentem factum incontinenti, vel ex interuallo, ex ſermonis proprietate, & quod ſignificant extremitatẽ, & lapſum totius temporis: ac inducunt conditionem.

Poſt.

3 Excluſionem inducit. *Perez ad l.* 22. *verſ. item nã dictio, poſt, tit.* 2. *lib.* 7. *Ordinamenti pag.* 408.

4 Importat ordinem per prius & poſterius, nouiſſime deciſum eſt in *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.* 167. *nu.* 6. *tom.* 1. *p.* 2. vbi etiam quod facit conditionem.

5 Adiuncta alicui termino, vel dilationi importat, vt dilatio præcedens totaliter ſit conſumpta; vt ſi aſſignetur terminus poſt primum dilationem, ille terminus non currit niſi totaliter conſumpta prima dilatione, vt per *Card. Tuſch. pract. concluſ. lit. D. concl.* 336. *n.* 1. *tom.* 2.

6 Denotat tractum ſucceſſiuum. *Brunor. à Sole in locis communib. verbo dictio, n.* 21.

7 Reſpicit aliquando perſonã, vt in *l. liberorum, ff. de verb. ſign.* & tunc ordinem denotat, vt *ibidem, & in l. iuriſconſ. ff. de gradib.* & in *l. poſt ſanguineos*, ff. *de ſuis & legit. hæred.*

8 Significat quandoq. materiam & rem, vt in *l. pen.* §. 1. ff. *de inſtit. act.* & in *l. ſi quis*, §. 1. ff. *eodem*, & in *l. adeo*, ff. *pro ſocio*, & in *l. fin.* ff. *de ſeruis export.* & in *l.* 1. ff *de teſtam. l. poſt dotem*, ff. *ſoluto matr. l. poſt litem*, ff. *de procurat. l. poſt nuptias*, ff. *de iure dotium*, *l. poſt rem iudicatam*, ff. *de tranſact.*

9 Iungitur nonnunquam tẽpori, vt in *l. poſt diem*, ff. *lege commiſ.* & in *l. ſi creditor*, §. *ſeruum, ff. de pecul.* & in *l. ſi negotia, ff. mandati*, & in *l. nonnunquam, ff. de iudic.* & in *l. poſt edictum, ff. eod.* & in *l. ſi calumnietur, & l. anniculus*, §. *ante diem, ff. de verbor. ſignificat.*

10 Declarat aperte eam diem cui adijcitur non comprehendi in termino, vt probant text. in *l. ſi cui legetur, ff. de legatis* 1. & in

l. ſi

l. ſi ita fuerit libertus, ff. de manumiſs. teſtam. notant *Tiraq. de retractu lig.* §. 1. *gloſ.* 11. *nu.* 50. quem citat *Perez d. l.* 22. *verſ. nam dictio, poſt pag.* 408. *Cened. d. ſing.* 34. *num.* 1.

11 Intelligitur pro, confeſtim, *Steph. Grat. Marcb. deciſ.* 2. *n.* 17.

Poſtea.

12 Denotat actum perfectum, & non pendentem, vt in *l. nam & poſtea, ff. de iureiur.* & in *l. ſi quis poſteaquam, ff. de iudic.* notant *Tiraq. de retractu lig.* §. 1. *gloſ.* 11. *n.* 24. & 25. *Cened. practic. & canon. quaeſt. ſing.* 82. *n.* 4. Interdum ſignificat interuallum poſt actum perfectum, vt in *l. ad edictum* 14. *ff. de verb. ſignif.* Aliquando denotat actum inceptũ ſolum, & non dum perfectum. *l.* 2. §. *fin.* vbi *gloſ. & Doct. ff. ſi certum petatur, l.* 4. *in fin. ff. de vſu & habit.*

13 Verificatur quandoque incontinenti, & ſine interuallo: nonnunquam ex interuallo aut longo, aut modico, ratione ſubiectae materiae, loci, vel temporis: non enim certum tempus, ſed ambiguum ſignificat. notant *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo & poſtea n.* 7. *C. de reuocand. donat. Cened. d. ſing.* 82. *n.* 1. & 2. *Steph. Gratian. Marchiae, deciſ.* 2. *n.* 15. vbi *nu.* 17. aſſerit quod exponitur pro, confeſtim.

14 Inducit excluſionem, vt per *Perez l.* 22. *verſ. item nã dictio, poſt, tit.* 2. *lib.* 7. *Ordinam. pag.* 408. Ex excludit praecedentia. *Azeued. ad l.* 4. *nu.* 12. *tit.* 3. *lib.* 7. *nouae recopil.*

DICTIO CCXXVIII.
Poſtquam.

1 DE vi & effectibus huius dictionis, vide *Galgan. de condition. & demonſtrat. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 4.

2 Includit omne tempus anterius, vt in *l. Aemilius, ff. de minorib.* notat *Octau. Vulpell. de praepoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. poſt, verſ. poſtquam, pag.* 79.

3 Adiecta tempori operatur, vt tempus currat de momento ad momentum, & dies termini computetur in termino, vt per *Cened. practic. & canon. quaeſt. ſing.* 75. *n.* 1.

DICTIO CCXXIX.
Praecepit.

1 VErbum hoc neceſſitatẽ inducit, & inobedientiam, ac peccatum mortale ſi cõtemna-

temnatur, vt per *Brunor. à Sole in locis communib. lit. V. nu.* 52. Ex bonis etiã auctoribus ſignificat præſentire, præuidere, vt per *Pichard. ad* §. *iuris præcepta* 3. *inſtit. de iuſtitia & iure*.

DICTIO CCXXX. Præcipue.

1 INtelligitur pro maxime, & oſtendit alijs de cauſis motum eſſe, *l.* 1. ff. *de teſtib.* vbi *gloſ. verbo præcipue. Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 28. *num.* 44. Et ponitur, vt oſtendat ſolum maiorem eſſe rationem. *Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuil.* 34. *in fin.* Ac cæteros non excludit. *Burgos in relect. l.* 2. *Tauri, n.* 23. Et eius vis eſt maiora includere, ſicut diximus de dict. maxime, quæ exprimit caſum minus dubium, & alium magis dubium includit; ita *Barthol. Peret. in comment. ad Extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alien. ſuper verbo, illorum præcipue n.* 1.

2 Præcipuum dicitur quod ante alios quis habet proprium, & peculiare. *l. Pomponius*, ff. *familiæ hercisc. l. ſi fratres*, §. *idem Papinianus in fine*, ff. *pro Socio*. Præcipuum legatũ vocatur prælegatum, quod vnus ante alios hæredes capit. *l. fin. in princip.* ff. *de legatis* 2. *l.* 1. C. *ſi certum petatur*.

DICTIO CCXXXI. Præciſe.

1 DEnotat quod quid abſolute, & ad litteram exequatur; excludit omnem interpretationem extrinſecam; excepta interpretatione iuſta, & legitima à iure proueniente, vt in *l. ſemper*, §. *demonſtratur*, ff. *de iure immun.* notant *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. præciſe, pag.* 80. *Menoch. conſ.* 132. *nu.* 25. *& ſeq.* Significat, vt ſine vlla exceptione, & vt vulgo dicitur ſine remedio, & ad vnguem, & diſtincte, & ſine conditione id fiat, vt per *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, n.* 79. C. *de reuocand. donat.*

2 Habet vim ſpecialis derogationis, vt per *Menoch. de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 166. *num.* 46.

DICTIO CCXXXII. Prædicti.

1 OPeratur, ac ſi ſingulorum nomina eſſent expreſſa, vt per *Surd. conſ.* 394. *n.* 4. *&* 5.

& 5. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 266. nu. 9. & concl. 337. n. 1.*

2 Refertur ad præcedentia, & ad omnes ſupra nominatos, & reſtringitur ad ea, quæ iam dicta fuerant ſupra, iuxta text. in *l. qui ex liberis*, §. *hac verba*, ff. *de vulgar. & pupil. ſubſtit.* & reſoluta per *Menoch. conſ.* 348. *num.* 41. *Surd. deciſ.* 210. *nu.* 17. *& deciſ.* 319. *nu.* 9. *& conſ.* 455. *num.* 13. *Card. Tuſch. d. concl.* 337. *n.* 2.

3 Dirigitur ſolum ad perſonas quorum nomina legi poſſunt in inſtrumento. *Surd. de alimentis, tit.* 8. *priuil.* 31. *nu.* 4. Et non refertur niſi ad eos, qui non poſſunt legi, licet ratione poſſint comprehendi, *Surd. tit.* 9. *priuil.* 13. *num.* 32.

DICTIO CCXXXIII.
Præſertim.

1 PRoprie ponitur comparatiue, & importat idem, quod maxime. notant *Bertach. in ſuo repertorio, verb. præſertim, pag.* 160. *verſa. Gutier. canon. quæſt. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 5. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 338. *n.* 1. *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. præſertim, pag.* 80. vbi *nu.* 1. aſſerit quod hæ dictiones, præſertim, præcipue, vel maxime, operantur, vt ſuſtineatur ſententia, in qua iudex plures cauſas expreſſit, licet expreſſa, per dictionem, præſertim, falſa reperta ſit, quia hæc dictio includit, vt etiam ex alijs cauſis motus, fuerit. Vtraque etiam eſt implicatiua eiuſdem iuris. *Azeued. l.* 3. *n.* 2. *tit.* 7. *lib.* 7. *nouæ recopil.*

2 Exprimit caſum minus dubitabilem, includendo etiam magis dubitabilem. notãt *Menoch. de arbitr. caſu* 416. *num.* 19. *& conſ.* 69. *nu.* 26. *Azeued. ad l.* 1. *nu.* 32. *tit.* 19. *lib.* 8. *nouæ recopil. P. Sanch. de matrim. lib.* 2. *diſp.* 39. *n.* 6. *& lib.* 16. *diſp.* 5. *nu.* 4. *in princip. Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 83. *n.* 1. vbi *n.* 2. aſſerit quod denotat idem iuris eſſe in caſu contrario; & nu. 3. quod aliquando exponitur pro, tantum, per tex. in *cap. diſcretionem*, iuncta *gloſ. verbo præſertim, de eo qui cognouit conſang.*

3 Importat cauſam finalem. *Menoch. conſ.* 308. *n.* 30.

DICTIO CCXXXIV.
Præſumere.

1 IMportat propria ſcilicet au ctoritate, vt in *cap.* 2. *de iu. dicijs,*

diciis. notant *Rebuff. in tract. nominat. q. 5. num. 29. Card. Tuſch. practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſ. 339.*

2 Dolum, ac temeritatem denotat, vt per *Hippol. in l. de minore, in princ. nu. 39. ff. de quaeſt. P. Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 32. nu. 38.* Et ideo non comprehendit eum qui bona fide ignorãter aut imprudenter, ſiue inaduertenter aliquid facit, vt per citatos à *Cened. ad Decretal. collect. 45. num. 3.*

DICTIO CCXXXV.
Præter.

1 DE vi, & effectibus huius dict. vide *Iaſ. in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, n. 36. ff. ſi quis caut.* & in *l. actione, nu. 4. C. de tranſact. Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloſ. 11. num. 73. Brunor. à Sole in locis commun. verb. dictio, num. 22. Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dict. præter, pag. 81. Cened. practic. & canon. quæſt. ſing. 41. Card. Tuſch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 340. per tot.* vbi *num. 1.* notat quod præter legem dicitur fieri, quod fit extra diſpoſitionem legis, & ideo differt à dictione, contra, quia importat quod fiat contra legẽ.

2 Aliquando includit *l. 1. in fin.* & ibi *gloſ. ff. de pignorat. act. l. ſcio, §. vxoris*, vbi *Bart. ff. de annuis legatis. l. falſus*, vbi *Fulgoſ. C. de furtis.* notat *Tiraq. d. n. 73. Oct. Vulpel. d. loco ſtatim, in princ. Menoch. de præſump. lib. 4. q. 145. num. 3.*

3 Interdum excludit. *l. fundo, §. facta, verſ. & nihilominus, ff. de adimendis leg. Clem. multorum de pœnis. l. nullum, ff. de diuort.* Sed certa regula eſt in hac materia, quod ſi oratio affirmatiua præcedat, hæc dictio regulariter excludit; ſi vero præcedat negatiua, tunc includit: ſicut dictum eſt de dictione, niſi. notant *Octau. Vulpell. d. loco, Coſm. in pragmat. ſanct. tit. de elect. verbo præter, pag. 102. P. Sanch. de matr. lib. 1. diſp. 19. nu. 9.* Aliam diſtinctionem afferunt *Cened. d. ſing. 41. n. 1. Card. Tuſch. d. concl. 340. à num. 6.*

4 Eſt implicatiua in materia fauorabili, ſecus in odioſa, vt per *Card. Tuſch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 290. n. 3.*

5 Inducit repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem, vt per *Galganet. de condit. & demonſtr. p. 2. cap. 1. q. 18. num. 7.*

DI-

DICTIO CCXXXVI.
Præterea.

1 CONtinuat materiam ad præcedentia, & ponitur pro, item, & repetit omnes qualitates pręcedentes in ſequẽtes, vt in §.*præterea*, *inſtit.quibus non eſt permiſſum facere teſtam*.§.*præterea inſtit.quibus modis ius patriæ pot. ſoluitur* notat *Octau.Vulp.de præpoſ.& aduerb. ſignific.ſub dict.præſertim verſ. præterea*, *pag*.81.

2 Extendit mentem, & actus diſpoſitionem protendit, vt per *Franciſcum Molinum in tract.de brachio ſeculari*, *cap*.3.*n*.12. vbi *n*.13. ex Ciceronis loco, & bonis auctoribus colligit hanc dictionẽ interdum pro, poſtea, accipi.

DICTIO CCXXXVII.
Principaliter.

1 REferri poteſt ad id quod erat faciendum de reliquo, vt per *Cardin.Seraphin.Rota Rom.deciſ.*643.*n*.3.

DICTIO CCXXXVIII.
Priuetur.

1 VErbum hoc ſignificat latam ſententiam, vt *Barboſa de Diction.* per *Tiraq.in l.ſi vnquam verbo, reuertatur*, *n*.176.*C.de reuocan. donat. Cardoſ. in praxi iudicum & aduocatorum verbo verbum*, *nu*.21. *Sayr. in claui regia lib*.3. *cap*.8.*n*.22. Si præcedat verbum, ipſo facto, intelligitur ipſo iure, ex *Melch. Plabo Luſitan. deciſ.* 88.*num*.12.

DICTIO CCXXXIX.
Prius.

1 QVãdoque importat formam præciſam, quando debitum eſt liquidum; ſi vero eſt liquidandum, prout ſi dicatur, refectis prius expenſis, ſufficit fideiuſſio, vt per *Card.Tuſch.pract.concluſ.tom*.2. *lit.D.concl*.341.*n*.1. vbi *n*.2. aſſerit quod poſita in obligatione camerali incontinenti videlicet, quod prius fiant computa, non impedit executionem quoad liquida, ſed ſolum quoad non liquida; & *n*.3. reſoluit verba illa, quod iudex prius pronuntiet ſuper nullitate quam ſuper negotio principali, & prius ſuper poſſeſſorio quam ſuper petitorio, licet inducant neceſſitatem iudici ad ſic faciendum, & ſi aliter faciat male faciat, tamen non propterea vitiari ſententiam, ſi aliter fa-

ter faciat, quia eſt conſilium legis, & ad inſtruendum iudicem.

DICTIO CCXL.
Pro.

1 DE vi & effectibus huius dict. vide *Octau.Vulp. de præpoſ. & aduerb.ſignificat.in dict.pro*, *pag.*82. *Rebuff. in comment. ad l.cõiunctionem* 29.*verſ. notandæ ſunt*, *ff.de verb.ſignific. pag.* 170. *Bertazol. de clauſ. inſtrum.clauſ.*26.*gloſ.*10.*n.*2. *Menoch. de præſumpt.lib.*4.*q.*134.*n.* 11. *& conſ.*352. *n.*1. *&* 7. *Aldouin.conſ.*73.*n.*14.*Cened.practic. & canon.quæſt.ſing.*81. *Cardin. Tuſch.pract.concluſ.tom.*2.*lit.D. concl.*342.

2 Facit modum, vt in *l.cum mota*, *C.de tranſact.& in l.ſi quis pro redemptione*, *C.de donat.*notant *Menoch.conſ.*146.*n.*21.*Oct. Vulpell. d.loco ſtatim in princip.* Quando per ſe ſimpliciter appoſita eſt,tunc facit modum, *l. antepen.*§.1.*ff.de legatis* 2. Vel appoſita per nomina in genere, *l. nulli in princ.* C. *de Epiſcopis & cler.* At vero quando per nomina in ſpecie appoſita eſt facit cõditionem *l.ſtipulatio*, *ff.de iure dot. l.Titio*, §.*Titio*, ff.*de cõdit.& demonſt.* & colligitur ex traditis per *Galganet. de condit. & demonſt. p.*2.*cap.*3.*q.*2.

3 Denotat cauſam immediatam & proximam, & in hoc differt à dictione, propter, quæ denotat cauſam remotam; ita poſt *Gulielm.Tiraq.& alios* notat *Cened.practic.& canon.quæſt.ſing.* 81.*n.*1.*Bertaz.d.gloſ.*10.*n.*2.

4 Importat aliquãdo cauſam finalem, vt in *l.procuratore qui*, *ff.de procurator* notant *Oct.Vulp. d.loco*, *n.*1.*Menoch.d.conſil.*352. *n.*2.*Surd.conſ.*445.*n.*29.*Cened. d.ſing.*81. *n.*3.*Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.c.*96.*nu.*26. *Accac. Anton. in comment. ad l. demonſtratio falſa* 17.*n.*16.*ff.de condition.& demonſt. Card.Tuſch.d. concl.*342. *à n.*1. Interdum cauſam impulſiuam & finalem importat. *Surd.de Alimentis tit.*7. *q.*5.*n.*9.*&* 10.

DICTIO CCXLI.
Prohibemus.

1 VErbum hoc efficit, vt actus reddatur nullus, licet lex non proceſſerit vlterius annullando, vt per *Cald.Pereira quæſt. forenſ.ſeu recept.ſentent. conſ.*19.*n.*52.

DI-

DICTIO CCXLII. Proinde.

1 Accipitur pro cæterum, propterea, itaque, vt in *l. hæres abſens*, §. *proinde*, *ff. de iudic. & in l. proinde* 1. & 2. *ff. ad legem Aquil.* Aliquando ſignificat, inde, *vt in l. 1. in princip. ff. quibus modis vſusfructus amit. gloſ. in l. 1. in princ. ff. de edendo.* Interdum exponitur pro, ergo, igitur. vt in *l. proinde vbi gloſ. ff. ſi certum petatur. l. pronuntiatum & l. vrbana prædia, ff. de verb. ſignific.* nonnunquam importat veritatem, vt in *l. ſi quis obrepſerit, ff. ad legem Corneliam de falſis.* vbi *Hippol. n.* 3. Quandoque idẽtitatem, vt notat *Hippol. in comment. ad l. vtrum, n.* 4. *ff. ad legem Pomp. de parricid.*

DICTIO CCXLIII. Promiſit.

1 Hoc verbum in ſcriptura importat ſtipulationẽ, vt in §. *ſi ita ſcriptum inſtit. de inutilibus ſtipul.* notant *Anton. Gomez. tom.* 2. *Var. cap.* 11. *n.* 17. *Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 4. *gloſ.* 4. & *gloſ.* 26. *n.* 6. *Viui. tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 34. *nu.* 348. *Ceuall. commun. contra communes q.* 399. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concl.* 344. *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 427. *n.* 6. & *deciſ.* 1167. *n.* 4. licet per notarium non fuerit ſcriptum promiſiſſe ſibi ſtipulanti pro abſente, vt aſſerit idem *Cardin. Seraphin. d. deciſ.* 427. *n.* 1.

2 Si vero ſit viua voce prolatum, importat pactum, & reſoluit *Bertazol. d. gloſ.* 26. *n.* 6. Vnde ſi teſtes deponant Titium promiſiſſe, tunc non præſumeretur ſtipulatio interueniſſe, vt notat *gloſ. in d.* §. *ſi ita ſcriptum per tex. in l. 1. vbi gloſ.* C. *de vſuris* notãt *Anton. Gomez. d. nu.* 17. *verſ. item adde. Bertaz. d. gloſ.* 4.

3 In inſtrumento appoſitum ſignificat partes fuiſſe pręſentes, vt per *Bertaz. de clauſul. inſtrument. clauſ.* 17. *gloſ.* 3. *n.* 5.

DICTIO CCXLIV. Prope.

1 Refertur ad modicam quantitatem, vt aſſerit *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 81. *n.* 7. vbi *n.* 8. dicit quod denotat contiguitatem, & non poteſt verificari in loco remoto. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concl.* 345. vbi etiam tenet

quod teſtis deponens eſſe prope viginti annos, intelligi debet de modico minori.

DICTIO CCXLV.
Propter.

1 Denotat cauſam mediatam & remotam *Guillelm.in cap. Rainuntius verbo cætera bona,n.29.de teſtam.Tiraq. ceſſante cauſa limit.20.n.24.* vbi *n.25.* dicit quod aliquando cauſam proximam deſignat. *Card. Tuſch.pract.concluſ.tom.2.lit.D. concl.346.n.1.*

2 Significat cauſam ob quam motus eſt Pontifex ſeu Princeps ad ita conſtituendum, vt per *Menoch.conſ.383.n.15.*

DICTIO CCXLVI.
Propterea.

1 Importat cauſam proximã *Tiraq.ceſsãte cauſa limit. 10.num.26.*

2 Denotat expreſſam cauſam diſpoſitionis & finalem, vt per *Stephan.Gratian.Marchiæ deciſ. 60.num.1.*

3 Poſita poſt copulatiuam, &,coniungit diſpoſitionem itaut altera ab altera pendere dicatur vt per *Cardin. Seraphin. Rotæ Romanæ, deciſ.883.num.7.*

DICTIO CCXLVII.
Prorſus.

1 Excludit omnia & ſingula, quæ in contrarium excogitari poſſunt, *cap.ſtatutum, §.prouiſurus de reſcript.in 6.* ibi, *nihil prorſus exigat.* Et præciſam habet materiam. *c. ad aures* ibi, *omnem prorſus actionem excludit, de præſcript.* notat *Octàuian. Vulpell. de præpoſition. & aduerbior. ſignificat. in dict. prorſus, pag.83.*

2 Denotat idem quod, penitus, ex *Steph.Grat.Marchiæ deciſ.188.n.8.*

3 Importat ipſo iure, vel ipſo facto, & non requirit ſententiam ſeu decretum, prout tenent *Tiraq. in l.ſi vnquam verbo reuertatur,n.71.C.de reuoc. donat. Boer. deciſ.344. num.4. Bernardin.Muſcatel.de modis fideiubendi p.1.modo 14.n.12.P.Sanch.de matrim.lib.3.diſp.53.n.8.Nicol. Garcia de Benefic. p.11. cap.10. num.58.*

DICTIO CCXLVIII.
Protinus.

1 Importat idem quod, ſtatim,&,incontinenti, vt in *l.1.&*

l.1.& 3.§.in amittenda, ff. *de acquirir.poſſeſſ.Cotta in memorabil.verbo protinus*, *pag.*715. *Tiraq. in l.ſi vnquam verbo reuertatur*, *nu.*122.C.*de reuoc.donat. Octau.Vulp.de præpoſ.& aduerb. ſignif.ſub dict.proprie verſ.protinus*, *pag.*84.

2 Excludit omnem moram & dilationem, prout notat *Cald. Pereira de reſolutione emphyteuſis*, *cap.*16.*n.*89.

3 Denotat ipſo iure, & non requirit ſententiam ſeu decretum; tenet *Sayr.in claui regia lib.*3.*cap.*8. *num.*27. *Bernardin. Muſcatel.de modis fideiubẽdi p.*1. *modo* 14.*n.*12. *Moneta de diſtribut.quotid.p.*3.*q.*7.*n.*36.*&* 37.

DICTIO CCXLIX.

Prout.

1 RElatiua eſt, & relationem ſignificat, vt in *l.edita*, C.*de edendo*; notant *Maranta de ordine iudic. p.*3. *tit.iudicij tela aggreditur*, *n.*122.*Oct. Vulp.de præpoſ. & aduerb.ſignif. in dict.prout*, *ſtatim in princ.pag.* 84. *Menoch.conſil.*177. *num.*26. *Azeuedo ad l.*1.*nu.*50. *tit.*1.*lib.*6. *nouæ recop.* Cardin.*Tuſch. pract. concl.tom.*2.*lit.*D.*concl.*347.*n.*1. *& num.*54.

2 Natura ſua ſtat reſtrictiue & limitatiue, vt in *l.ſi teſtamentum*, C.*de inſtitut. & ſubſtit.& in l.*1.C.*de bonorum poſſeſſ.* notãt *Marant.d.p.*3.*tit.iudicij tela aggreditur*, *n.*122.*Brunor.à Sole in locis commun.verbo dictio*, *n.*23. *Viui.tom.*2. *commun. opinion.lib.* 9.*tit.*34.*n.*62.*Menoch.conſ.*177. *n.*26.*Surd.conſ.*379.*nu.*33. *Azeued.d.l.*1.*n.*50.*Stephan.Gratian. Marchiæ deciſ.*212. *num.*20. Et quando ſtat limitatiue non reſtringit reſpectu ſubſtantiæ, ſed reſpectu qualitatis. *Surd.d.conſ.* 335.*nu.*36. Aliquando tamen ſtat cauſatiue. *Menoch. conſil.* 341. *num.*13. *Surd.d. conſ.*335. *nu.*35.*Card.Tuſch.d.concl.*347. *num.*34.

3 Denotat omnimodam ſimilitudinem. *gloſ. verbo prout in cap.quamuis de officio ordin.lib.*6. *Octauian.Vulpell.d.loco*, *n.*2.*Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.*5. *gloſ.*2. *num.*1. *Menoch. conſil.*1. *n.*20.*Surd.conſ.*335.*n.*38.

4 Eſt ſignificatiua identitatis, ex citatis à *Brunor. à Sole in locis commun. verbo dictio*, *nu.* 23.*in fine*.

5 Stat conditionaliter, vt per *Octau.Vulpell. d.loco*, *nu.*1. *Steph. Gratian.Marcb.deciſ.*212.*n.*20. nouiſſime *Rota Rom.apud Farin.*

*deciſ.*243.*nu.*8. *tom.*1.*p.*2.*Surd. conſil.*379.*n.*34.*Bertaz.d.gloſ.*2. *n.*1.vbi etiam reſoluit quod quādo apponitur in diſpoſitione, ab habente poteſtatem diſponendi, importat cauſam, non autem conditionem, & ſtatur diſpoſitioni,licet de relato non conſtet, niſi conſtaret contrarium. Aliquando tamen ſtat cauſatiue, & non conditionaliter præcipue in priuilegijs, vt per *Card.Seraphin.Rota Rom. deciſ.*330. *nu.*4. *Card.Tuſch.d.concl.*347. *nu.*71. vbi dicit quod in reſcriptis iuſtitiæ ſtat conditionaliter.

6 Inducit repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem *Galganet. de condit. & demonſtrat.p.*2. *cap.*1. *q.*18. *num.*13.

7 Exponitur pro,quia, *Steph. Grat.Marchiæ deciſ.*103.*nu.*15.

8 Dictio, prout ſupra, refert qualitates, & formas expreſſas, & in præteritum poſitas, vt per *Octau.Vulp.ſub d.dict.prout,verſ. prout ſupra,pag.*85.

9 Dictio,prout hactenus,ſtat conditionaliter,& non cauſatiue, vt per *Card.Seraphin. Rota Rom. deciſ.*454.*n.*5.

DICTIO CCL.

Proxime.

1 ADiecta alicui tempori denotat extremitatem tēporis: ideo ſi quis faciat compromiſſum infra triginta dies proxime futuros, tempus currit de momento ad momentum, propter dictionem infra,& proxime notat *Card.Tuſch. pract.concluſ. tom.*2.*lit.D.concl.*348.

2 Proximum dicitur quod à nemine præceditur, & quod nullum admittit medium inter duo diſcreta. *Steph. Gratian. diſcept. forenſium, cap.*161. *num.*10. vbi *n.* 12. aſſerit quod compromiſsū cum aduerbio, proxime, ſtatim currit.

DICTIO CCLI.

Publice.

1 PLuribus modis in iure accipitur, vt in *cap. per tuas de probat. & in cap. exceptionem de except. & in cap. ad probandū de re iudic. & in §. reſponſa prudentū inſtit.de iure naturali gent. & ciui.gloſ.& tex.in* Clem.1. *de ſepulturis in verbo publicè*. Et licet aliqui voluerint aliquando accipi pro notorie, & quaſi populice,

pulice, vt aduerſus *Bart. voluit Salicet. in l. ea quidem ante pen. cart. C.de accuſat.* volens differre ab aduerbio, palàm, & potentiorem habere ſignificationem, vt palam dicatur factum, & ſi ab vno coram aliquibus. *l.palam, ff.de verb.ſignificat.* publice vero coram maiori parte, vel per maiorem partem populi, vt per *Felin.in d. cap. exceptionem, nu.* 48. ita *Bertazol. de clauſul. instrum. clauſ.*31.*gloſ.*2.*num.*17. & 18.

DICTIO CCLII.
Qualitercumque.

1 Ex eius proprietate etiam in minimo verificatur, & comprehendit, quæ excogitari poſſunt. *l.etiam, ff.ſoluto matrim. Octau.Vulp.de præpoſ.& aduerb. ſignific. in dict. qualitercumque, pag.*85.

2 Eſt vniuerſalis, & ob id cõprehendit omnia, atque ita omne ius, quod in poſterum poſſet competere, vt per *Menoch. conſ.* 335.*nu.*22. Et poſita eſt ad ampliandum, ac comprehendit omnia vltra etiam expreſſa, vt per *Card. Seraph. Rotæ Rom. deciſ.* 317.*n.*3.

DICTIO CCLIII.
Quàm.

1 Eſt electiua coniunctio. *l. pro hærede in princip.* & ibi *gloſ. verbo quam animi, ff.de acquir.hæred.* notat *Cened. pract.& canon.quæſt.ſing.*87.*in princ.*

2 Poſita poſt dictionem, tam, includit caſum magis dubium, vt per *Sigiſmund. Scacciam de cambijs*, §.7.*gloſ.*3.*n.*18.

3 Eſt coniunctio diſcretiua, vt in *l. Seia*, §.*fin.*& ibi *gloſ.* ff.*de donat.cauſa mortis.l.*2.§.*iuris ciuilis*, ibi, *valeat potius quàm docere*, ff.*de origine iuris. Cened.d. ſing.*87.*nu.*1. & *n.*2. aſſerit quod eſt etiam coniunctio appellatiua, & aduerbium comparandi, in *l.*3.*in princ.*ff.*de officio præſ.vigil.* & *n.*3. quod ponitur admiratiue & accipitur pro, quantum, vt in *cap. quam ſit Eccleſijs, de elect. lib.*6.

4 Interdum exponitur pro, niſi, vel, præterquam, vt in *l.non enim*, ff.*de adoption.& in l.fin.*ff. *de rerum diuiſ.* & in *l.ſi duo*, §. *Marcellus*, ff. *de iureiur.* notant *Menoc.de præſumpt. lib.*3.*q.*3.*n.* 8. *Gutier. canonic. lib.*1. *cap.*21. *nu.*15. *Cened.d.ſing.*87.*num.*4.

P. Sanch. de matr. lib. 1. diſp. 19. num. 8.

DICTIO CCLIV.
Quandiu.

1 DEnotat tempus perpetuũ. *l. ſufficit*, ff. *de condict. in- deb.* & dicit *gloſ. in Clem. quandiu de appellat.* quod dictio, quandiu, operatur etiamſi decies millies anni effluxerint. notat *Octauian. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſigniſ. ſub dict. qualitercumq. verſ. quandiu, pag.* 86. De ſui enim natura eſt diuiſiua temporũ, & reſtrictiua ad veram, & perſonalem reſidentiam, vt per *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 43. *n.* 14.

2 Importat conditionem *l. pater ſeuerinam* 101. §. *fin.* vbi *Bart.* ff. *de conditionib. & demonſt. l. 4. in princ.* ff. *de ſeruitut.* notant *Octau. d. loco. Gonzal. d. gloſ.* 43. *num.* 123. *P. Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 91. *n.* 7.

3 Legatum relictum vxori quandiu non nupſerit, debetur integre, licet intra duos menſes nubat. *Gonzal. d. gloſ.* 43. *n.* 77. & *n.* 138. dicit quod eſt appoſita menſi integraliter, non autem diebus menſis. & *nu.* 144. quod poteſt verificari in qualibet parte menſis.

DICTIO CCLV.
Quando.

1 COnditionẽ importat quãdo iungitur verbo futuri temporis, vt in *l. cum vir*, ff. *de condition. & demonſt.* & in *l. quod publice*, *ff. quando dies legati cedat.* & in *l. fideicommiſſa*, §. *hoc autem*, vbi *Bart. & Flor.* ff. *de legatis* 3. notant *Octauian. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. ſub dict. qualitercumq. verſ. quando, pag.* 86. *Azeuedo ad l.* 4. *nu.* 7. *tit.* 16. *lib.* 8. *noua recopil. Surd. conſ.* 298. *n.* 35. *Cald. Pereira de poteſtate eligendi, cap.* 2. *n.* 16. *Steph. Grat. diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 542. *n.* 51.

DICTIO CCLVI.
Quandocumque.

1 EST vniuerſalis, & omnia comprehendit etiam in materia odioſa, vt per *Aloyſ. Ricci in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 287. *nu.* 1. *p.* 2. Comprehendit omne tempus, omnem modum, & omnem qualitatem, vt per *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 349. *n.* 1. & 2.

2 Apta eſt de ſui natura comprehendere infinitatem, reſtringitur

gitur tamen ſecundum naturam actus cui attribuitur. *Cotta in memorabili verb. quandocũq. pag.* 725. *Menoch. conſ.* 143. *nu.* 9. *Ceued. pract. & canon. quaeſt. ſing.* 85. *n.* 3. *Octauian. Vulpell. de praepoſ. & aduerb. ſignificat. in dict. quandocumque, pag.* 86. Et reſeruationem temporis, ſeu perpetuitatem quandã ſignificat. *Menoch. conſ.* 143. *n.* 15. *& conſ.* 151. *nu.* 33. Reſtringitur tamen à lege ad triginta annos. *Surd. deciſ.* 2. *n.* 10. *Octauian. Vulpell. d. loco ſtatim in princip.* Operatur acſi ſingula tempora fuiſſent enumerata. *Menoch. de praeſumpt. lib.* 4. *q.* 51. *n.* 6.

DICTIO CCLVII.
Quandoq.

1 DEnotat regulam eſſe in contrarium, & exceptionem proprie ſignificat, vt in *l. rogo,* ff. *quando dies legati cedat*; & in *l. cum pater,* §. *rogo,* ff. *de legatis* 2 *l. pen.* §. *fin.* ff. *de rebus eorũ. l. continuus,* §. *item qui inſulã,* ff. *de verb. oblig. l.* 3. §. *haec poena,* ff. *quod quiſq. iuris l. interdũ,* ff. *de condict. indeb.* notant *Octau. Vulp. de praepoſ. & aduerb. ſignificat. ſub dict. quandocumq. verſ. quandoq. pag.* 89. *Menoch. conſ.* 99. *n.* 187.

2. Interdum ponitur pro aliquo tempore; notat *Dec. in l. ſi quis, n.* 4. *ff. quod quiſq. iuris,* & in *cap. quoniam contra, nu.* 6. *de probation.* Et aliquando idem importat quod quandocumq. vt in *princip. inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio,* ibi *& quandoq. nobis non eadem res, ſed aliae eiuſdẽ naturae, & qualitatis redduntur.* ideſt quocumq. tempore mutuum ſoluatur, non eſſe eandem rem, ſed aliam reddendam, vt ibi explicat *Pichard. n.* 50.

DICTIO CCLVIII.
Quantus.

1 NOn ſolum numerum, ſed qualitatem proprie ſignificat, vt in *l. quãtae, ff. de publicanis,* notant *Tiraq. de retractu lig.* §. 1. *gloſ.* 21. *nu.* 3. & alij quos refert *Matienſo ad l.* 2. *n.* 16. *gloſ.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *noua recopil.*

DICTIO CCLIX.
Quamuis.

1 PRopria eius natura eſt, vt praecedentibus aduerſetur in his quae ſunt eiuſdem generis & qualitatis. *Azeued. ad l.* 2. *n.* 50. *tit.* 7. *lib.* 4. *noua recopilat. Octau. Vulpell. de praepoſ. & aduerb. ſigni-*

gnifi-

gnific. ſub dict. quãdocumq. verſ. quamuis, pag. 89. *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 88. *num.* 1. vbi *n.* 3. aſſerit quod aliquando non aduerſatur præcedentibus, ſed ſumitur cauſatiue pro, quia, per text. in *cap. quemadmodum in fine princ.* & ibi *gloſ. verb. quamuis de iureiur.*

2 Eſt implicatiua, vt per *Azeuedo ad l.* 7. *nu.* 31. *tit.* 8. *lib.* 5. *& l.* 3. *n.* 4. *tit.* 16. *lib.* 8. *nouæ recopil.* Et eſt excluſiua, ex eod. *Azeuedo ad l.* 5. *nu.* 6. *tit.* 7. *& l.* 3. *num.* 4. *tit.* 16. *eod. lib.* 8. *nouæ recopil.*

3 Natura & vis huius dictionis eſt explicare, & ponere caſum magis dubitabilem: & ita intelligunt *gloſ. verbo quãuis in Clem.* 1. *de re iud. & gloſ. fin. in Clem.* 2. *de rebus eccleſiæ nõ alien.* notant. *Gutier. pract. lib.* 2. *q.* 80. *nu.* 8. *& q.* 85. *n.* 2. *Cened. d. ſing.* 88. *n.* 2.

DICTIO CCLX.
Quarumcumque.

1 HAbet vim amplificandi etiam vltra naturam rei cui adijcitur, & ſemper auget vim verborum, & aliquid amplius operatur. *l.* 1. *cum gloſ. fin. & l. quicumq. C. de ſeruis fugit.* notat *Mar. Alter. de cenſuris eccleſ. tom.* 1. *diſp.* 15. *lib.* 5. *cap.* 1. *litt. E.*

DICTIO CCLXI.
Quaſi.

1 DE vi, & effectibus huius dict. vide *Rebuff. in comment. ad l. inter ſtuprum* 101. §. *ſeruis legatis, verſ. quaſi commune, ff. de verb. ſignif. pag.* 429. *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 84. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concl.* 350. *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. in dict. quaſi, pag.* 89.

2 Natura propria huius dictionis eſt denotare improprietatem, fictionem, & diminutionem, vt in *l. item Mela,* §. *Celſus, &* §. *quamuis, ff. ad legem Aquil. l. item ait prætor,* §. *itẽ,* & ibi *gloſ.* ff. *ex quibus cauſis maiores. l. in factum,* & ibi *gloſ. ff. de condition. & demonſt.* cum ſimilibus, de quibus. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 27. *n.* 5. 6. *&* 12. *& q.* 86. *nu.* 13. *Bertaz. in repet. l. ſi quis maior n.* 229. *C. de tranſact. Octau. Vulpell. ſtatim in princip. Hippol. in l. ſi quis dolo, n.* 2. ff. *ad legem Cornel. de ſiccar. Tiraq. de iure mariti, gloſ.* 7. *n.* 187. *Flamin. de reſignat. lib.* 7. *q.* 1. *n.* 89. *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 781. *n.* 6. *in nouiſs. Cened. d. ſing.* 84. *nu.* 1. *Ioſeph. Seſſe Aragon. deciſ.* 103. *num.* 30.

3 Ali-

3 Aliquando denotat veritatem, videlicet quando ponitur per modum cauſæ, vt *Ioan.* 1. Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti. & *cap. ex parte de ſponſalib.* & in *l. vtrum*, ff. *de rebus dub.* & in *l. omnes populi* 11. *ibi, quaſi ius proprium*, *ff. de iuſtitia. l.* 1. ibi *quaſi de re dubia*, ff. *de tranſact.* notant *Octauian. d. loco pag.* 90. *Menoch. de arbitrar. caſu.* 362. *n.* 28. * Cened. d. ſing.* 84. *n.* 2. *Card. Tuſch. d. concl.* 350. *n.* 7. *Pichard. in princip. num.* 81. *inſtit. quibus modis re*.

DICTIO CCLXII.
Quatenus.

1 Conditionem facit, præcipue quando eſt iuncta verbo futuri temporis, notant *Octauian. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignific. in dict. quatenus, ſtatim in princ. pag.* 90. *Surd. conſ.* 186. *n.* 10. *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 86. *in fine*.

2 Eſt limitatiua ſeu reſtrictiua & denotat incertitudinem. notant *Matienſo ad l.* 2. *gloſ.* 2. *nu.* 16. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ recop. Cened. d. ſing.* 86. *nu.* 1. *Octau. Vulp. d. loco*.

3 Interdum exponitur pro, in quantum, vt in *l. ſunt qui cum ſeq.* ff. *de re iudic. Cened. d. ſing.* 86. *n.* 1. & operatur vt diſpoſitio adaptetur pro ea parte pro qua fieri poteſt, vt per *Cardin. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 545. *num.* 1. Quandoque accipitur pro, quoſque, vel, donec, vt in *l. rogatus*, *ff. mandati*, *& in l. Rutilia*, ff. *de contrah. empt. & in l. locus*, ff. *de verborum ſignif.* Nonnunquam interpretatur pro, qualiter, ſeu quomodo, vt in *l. metum*, §. *ſed quod prætor.* ff. *quod metus cauſa*. Deinde ponitur, pro, quia, in *l. properandum*, §. 1. C. *de iudic.* Aliquando pro, quantuncũque, *l. quatenus*, ff. *de regulis iuris*.

DICTIO CCLXIII.
Quemadmodum.

1 Sine interrogatione prolata capitur pro, ſicut, ſimilitudinem denotans, vt in *l. paterfam. & in l. quemadmodum*, *ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. verbum erit*, *ff. de verb. ſignific. & in l.* 3. §. *ſi quis duobus*, vbi *gloſ. ff. de adimẽdis leg. & in l. quemadmodum*, *C. de agricolis & cenſitis lib.* 11. notant *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. ſub dict. quatenus verſ. quemadmodum, pag.* 90. *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 21. *gloſ.* 23. *n.* 1. *Cened. practic. &*

*canon.quæſt.ſing.*89.*n.*1.

2 Quando profertur interrogatiue, ſumitur pro, quomodo, vel ad quem modum, vt in *l.ſæpe*, §.*item dubitatum eſt*, *ff.de verb.ſignif.*ſic etiam *in tit.ff.quēadmodum ſeruit. amit. & in rub. quemadmodum teſtam. aperiantur, & in tit.ff.ſoluto matrimonio; & quemadmodū dos petatur* notat *Cened.d.ſing.*89.*n.*2.

3 Dictio, quemadmodum antea, ſubrogationem indicat, vt in *l.ſi eum*, §.*qui iniuriarum*, *ff.ſi quis caut.* notat *Cald.Pereira de emptione, cap.*5.*n.*2.*in fine*.

DICTIO CCLXIV.
Quæque.

1 Eſt collectiua & vniuerſalis geminata, quæ non recipit reſtrictionem, imo comprehendit omnia, quæ ſunt apta comprehendi ex natura ſubſtituti, cui adiungitur, vt in *l.Baliſta.ff.ad Trebel.*notat *Octauian. Vulp.de præpoſ.& aduerb.ſignif. in dict.quæque,pag.*91. vbi etiam quod quandoque eſt diſtribntiua per *l.ſi ea*, vbi *Flor.ff.de vſuris*.

DICTIO CCLXV.
Quia.

1 Exponitur cauſatiue, nam reddit cauſam & rationem de præcedentibus. *l. hæc actio*, *ff.de calumniat. l.ſi is qui animo*, vbi not.*ff.de acquir.poſſeſſ.cap.quia propter de reſcriptis, cap. quia nonnulli de vſucapion. cap. quia fruſtra de ſentent. excom.cap.quia periculoſum de elect. lib.*6. notant *Menoch. conſ.*134. *n.*19 *Azeuedo ad l.*1.*n.*1.*tit.*1.*& l.*1.*nu.*221.*tit.*2.*lib.*6.*nouæ recopil. Card.Tuſch. practic. concluſ. tom.*2.*lit.D.concl.*352.*Octauian. Vulp.de præpoſ.& aduerb. ſignif. in dict.quia*, *pag.*91. vbi etiam dicit quod aut profertur ab homine; & tunc, aut eſt neceſſaria, vt ratio, quæ redditur à teſte & præſumitur finalis. *cap.cum cauſam de teſtib.* Aut eſt voluntaria & præſumitur impulſiua *l.*2. §. *fin.de donat.Menoch. de præſūpt. lib.*4.*q.*24.*n.*13.

DICTIO CCLXVI.
Quibuſcunque.

1 Eſt vniuerſalis omnia comprehēdens, & ideo ad caſus etiam improprios trahitur,

hitur, & quaſi immutat naturam eorum, quibus adiungitur. notāt *Menoch.conſ.*335.*n.*23. *Bertaz. de clauſ.inſtrum.clauſ.*4.*gloſ.*30. *à nu.*1. *D. Marta de iuriſd.p.*4. *cent.*2.*caſu* 130.*nu.*7.*Cened.practic.& canon.quæſt.ſing.*91.*n.*1. *Stephan.Gratian.Marchiæ deciſ.* 24.*n.*7.*& diſcept.forenſ.cap.*82. *nu.*32. *Aloyſ.Ricc.in deciſ.Curiæ Archiep.Neapol.deciſ.*136.*n.*16. *p.*1. Et comprehendit etiam improprie & abuſiue *D.Marta d. p.*4.*cent.*1.*caſu* 20.*nu.*25. Etiam ea quæ alias non venirent. *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 325. *nu.*7. Et ſolet includere ea, quæ ex propria ſignificatione non venirent, & ea quæ ſpecialem mentionem requirerent, vt per *Intrigliol. Siciliæ deciſ.*3. *n.*131.

2 Complectitur omnes caſus etiam priuilegiatos *l.in fraude*, §.*vlt.* ff.*de militari teſtam.l.*1. §.*quod autem*, ff.*de Aleator.* notant *Menoch.remed.*15. *recuper. nu.*83.*Gutier.canon.quæſt.lib.*1. *cap.*34.*n.*57.

3 Ampliat & extendit generalitatem diſpoſitionis. *l.qui autem*, §.*fin.* ff.*de conſtit.pecunia*, *cap.quia plerique de officio ordin. lib.*6. *D.Marta d.caſu* 130.*n.*7.

4 Includit etiam maiora expreſſis, vt per *Stephan.Gratian. d.locis*. nouiſſime *ſacra Rota Rom.apud Farin.deciſ.*680.*nu.*5. *tom.*1.*p.*2. *Bertazol. de clauſ. inſtrum.clauſ.*20.*gloſ.*4.*n.*3.

5 Operatur vt emphyteuſis eccleſiaſtica tranſeat in extraneos. notant *Octau.Vulpell. de præpoſ.& aduerb.ſignific.in dict. quibuſcumque*, *pag.*92.*Stephan. Gratian.diſcept.forenſ.cap.*351. *n.*14. *Cardin.Mantica de tacitis & ambig. conuent.lib.*22. *tit.*19. *nu.*22. *D.Marta in votis nouiſſ. deciſ.voto* 207.*nu.*3. *Bertazol.de clauſ. inſtrum. clauſ.* 4.*gloſ.* 30. *n.*2. *Card.Tuſch.practic.concluſ. tom.*2.*litt.D.concl.*351.*n.*3.*Cardin. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 325.*n.*8. *Cald.Pereira de nominatione emphyt. q.*23. *nu.*36.*Cened.d.ſing.*91.*n.*3. Ad perſonas tamen habiles & non prohibitas reſtringenda eſt *Hippol. conſ.*80. *n.*46.*vol.*1.*Cald.Pereira de poteſtate elig.cap.*1.*n.*57.

DICTIO CCLXVII.
Quibuſuis.

1 EST vniuerſalis, & omnia comprehendit, vt per *Farinac. in praxi crimin.p.*4.*deciſ.*93.*n.*1. *Cardin.Seraphin.Rotæ Rom.deciſ.*1022. *nu.*1. Comprehendit etiam omnes perſonas,

nas, omnes ordines & religiones, ac pia loca, ita *Io.Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſt.p.*4. *cap.*2.*n.*194.

2 Comprehendit maiora expreſſis, maxime quando eſt prolata ab homine, itaut etiam trahatur ad caſus improprios. notat *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.*24.*n.*6.

DICTIO CCLXVIII. Quicquid.

1 EST etiam vniuerſalis omnia comprehendens, vt in *l.in fideicommiſſi*, §.*cum Pollidius*, ff.*de vſuris* notant *Octau. Vulp.de præpoſ.& aduerb.ſignific. in dict.quicquid,pag.*93.*in princ. Rebuff. in commentar. ad l.creditorum* 11.*verſ.idem in dict.quicquid* ff. *de verb.ſignific.pag.*75. *Menoch. de arbitr. lib.*1.*q.*8.*nu.*13. *Barthol. Perett. in comment. ad extrauag. ambitioſæ*, *verbo prædeceſſorum*, *n.*25.*de rebus Eccleſiæ non alien.*Etiam caſus alioquin priuilegiatos, vt per *Menoch.de præſumpt.lib.*4. *q.*145.*n.*15. Verificatur etiam in minutiſſimo, vt per citatos à *Cened. practic.& canon.quæſt.ſing.*89. *num.*4.

2 Continet omne ius itaut nihil remaneat. *l.etiam*, ff.*ſoluto matrim.* Et iuncta verbo futuri temporis facit conditionem. *l. qui Romæ*, §.*Augerius*, ff.*de verb. oblig.* Et cum copula, &, ſtat augmentatiue, vt in *l.hæc adiectio*, *ff.de legatis* 3. notat *Octau.Vulp. d.loco*.

3 Dictio; quicquam, eſt latæ ſignificationis. omnia etiam minutiſſima comprehendens, vt in *cap.quia ſæpe de elect. lib.*6. notant *Tiraq.in l.ſi vnquam,verbo omnia*, *n.*17.*C.de reuocandis donat. Octau.Vulp.ſub d.dict. quicquid.verſ.quicquam*, *pag.*93.*col.*2.*Cened.d.ſing.*89.*n.*5. In minimo enim verificatur,vt per *Bart. in l.ſi ſeruum*, §.*Prætor. in* 2.*notab.* ff. *de acquir. hæred. Barthol. Perett. in comment. ad extrauag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ non alien. ſuper.verbis*, *quicquam alienare præſumpſerit*, *nu.*3.*pag.*237. vbi etiam quod quicquam, ſiue quidquam idem eſt quod omnia.

DICTIO CCLXIX. Quicumque.

1 VErba huius dictionis ſũt generalia, & omnia comprehendũt,vt in *l.à procuratore*,*C.mandati*; *& in cap.ſolitæ*,

de ma-

de maiorit.& obed. notāt *Tiraq. de retractu lig.§.1.gloſ.3.nu.*20. *Menoch. remed.6. recuper. n.*15. *Octau.Vulpell. de præpoſit. & aduerb.ſignific. in dict. quicumque*, *pag.* 93. *col.*2. *Marcheſ. de commiſſionib.par.1.pag.*241.*n.*2.*& pag.*978.*n.*2.*Card.Tuſch.pract. concluſ. tom.*2.*lit.D. concl.*351. *Mar. Anton. variar. reſolution. lib.*2.*reſolut.*40.*n.*2.

2 Comprehendit, & facit quod etiam ij comprehendantur, qui aliàs non comprehenderentur; maxime concurrente identitate rationis, vt per *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 980. *num.*8.

3 Comprehenditur omne genus perſonarum. ita *Rota diuerſ.p.*1.*deciſ.*368.*n.*5. *Menoch. conſil.*224.*n.*7. *Anton. Monach. Bonon.deciſ.*54.*n.*48.

4 Includit omnes,& quaſcūque perſonas quantumuis priuilegiàtas, dummodo tamen ſpecialia priuilegia non habeant in materia de qua agitur.ita *Octau. Vulpell. d. loco. Farin. in praxi crimin.par.*3.*tit.de varijs,& diuerſis criminib. q.*108. *num.* 60. quamuis in dictis perſonis requireretur ſpecialis mentio,vel conceſſio.*Cald.Pereira quæſt.forenſ. ſeu recept.ſentent. conſ.*30.*n.*16.

5 Tam maſculum,quam fœminam comprehendit,ex *Rebuff. in tract.de pacific.poſſeſs. num.*3. vbi *num.* 6. tenet comprehendere collegium, de quo etiam *Cened. pract. & canon.quæſt.ſing.* 85.*n.*5.

6 Geminata comprehendit odioſiora, maxime in materia fauorabili, ex *D.Marta de iuriſdict.p.*4.*cent.*2.*caſu* 129.*n.*14.

7 Includit maiora expreſsis, prout notat *Mari. Antonin. variar.reſolution. lib.*1. *reſolut.* 39. *nu.* 14. Et etiam ad improprios caſus trahitur, vt aſſerit *Octau. Vulp.d.loco,verſ.& ſunt,pag.*94.

8 Non reſtringitur, ſed potius extenditur *Menoch. de præſumpt. lib.*4.*q.*198.*n.*21.*Farin. in praxi crimin. par.* 4. *conſ.*65. *n.*80. Reſtringenda eſt tamen ad perſonam habilem, per text. in *l.vt gradatim*, ff. *de munerib. & honorib.* reſoluit *Cald.Pereira de poteſtate eligendi, cap.*1.*n.*57.

9 Eſt diſtributiua, & attribuit rem cuilibet in ſolidum, vt per *Tiraq. de retractu lig.* §.31. *gloſ.*1.*nu.*12. quem citat *Cened. d.ſing.*85.*n.*6. *Card.Tuſch.practic.concl.tom.*2.*lit.D.concl.*269. *num.*12.

10 Dictio, quocumque, efficit vt diſpoſitio, quæ ex ſe habet

bet

bet terminos, extendatur in infinitum. *Pute.deciſ.*115.*n.*4.*p.*1.

DICTIO CCLXX. Quid.

1 Refertur ad minimum, ſeu verificatur in minimo, & denotat diminutionem, notant *Ludou. Gomez. in* §.*pœnales*,*n.*4. *inſtit. de actionib. Cened. pract. & canon.quæſtion.ſing.*89. *nu.*3. *Bertazol.de clauſ. inſtrum. clauſ.* 26.*gloſ.*12.*n.*1.

2 Dictio, quidni, eſt interrogatiua, & quandoque affirmat, vt per *Zaſi. in l.*1.§.*ſi quis ita n.*4.vbi etiam *Ripa*, ff. *de verb. obligation.Octauian.Vulpell.de prępoſ. & aduerb.ſignificat.in dict.quidni pag.*95.*col.*1.

DICTIO CCLXXI. Quilibet.

1 Est vniuerſalis omnia complectens, etiam quantũ uis minima, vt in *l.cum quid*, ff. *ſi certum petatur*, notant *Rebuff. in comment. ad l.creditorum* 11. *verſ.quilibet*, ff.*de verb.ſignific. pag.*75. *Menoch.conſ.*333.*n.*21. *Azeued.ad l.*2.*n.*2.*tit.*10.*lib.*10. *nouæ recopil. Cened.pract.& canon.quæſt.ſing.*26.*n.*3.

2 Diſtributiua eſt ſingulorum ſuprapoſitorum, vt in *l.ſi pluribus*, vbi *Bart.* ff.*de legatis* 2.& in *cap.quorundam de elect.lib.*6.notant *Rebuf.d.verſ.quilibet.Coſm. in pragmat.ſanct.tit.de collation. verbo quolibet*, *pag.* 247. *Farin. in praxi crimin.p.*1. *lib.* 1.*tit.*3. *q.*22.*n.*11.*Cened.d.ſing.*26.*n.*1. nouiſsime *ſacra Rota Rom. apud Farin.deciſ.*125.*n.*5.*tom.*1.*p.*1. Et eius natura eſt attribuere ſolide, ſeu in ſolidum, perſonis ſic diſtributiue nominatis. *Cardin. Tuſch.practic.concl.tom.*2.*lit.D. concluſ.*269.*n.*11.

3 Operatur idem, ac ſi eſſent factæ plures diſpoſitiones, & dinumerationes: Vnde ſubſtitutio facta pluribus filiabus, ſi dicatur, cuilibet earum, videtur facta ſingulis earundem, maxime quando actus eſt reiterabilis. *Cardin. Tuſch.d.concl.*269.*n.*10.

4 Attribuit actum cuilibet in ſolidum, vt in *l.in hoc articulo*, *ff. de hæredib. inſtit.* & in *l.ſi pluribus*, vbi *Bart. & Imola*, *ff. de legatis* 2. & in *cap.ſi propter de reſcript.lib.*6. notant *Oct. Vulpell. de prępoſ.& aduerb.ſignific.ſub dict. quicumque verſ.& de natura*,*pag.*94. *Bertazol. de clauſ.inſtrum. clauſ.*39.*gloſ.*5.*n.*6.

5 Operatur, vt omnes in ſolidum

lidũ teneantur, in *d. l. ſi pluribus*, & in *l. non diſtinguemus*, §. *cum in plures, ff. de receptis arbitris*, & in *cap. cum plures, de officio deleg. lib. 6.* notant *Farin. d. q. 22. n. 11. Cened. d. ſing. 26. n. 1.*

6 Per hanc dictionem videtur conceſſum ius accreſcendi, vt ex *Gabr. conſ. 87. n. 2.* notat *Cald. Pereira de poteſtate elig. cap. 13. num. 47.*

DICTIO CCLXXII.
Quinimo.

1 EXponitur pro quin etiam, vt in *l. iuriſgentium*, §. 1. *ff. de pactis*, & in *l. athletas in fine, ff. de his qui notantur infam. l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. petatur. l. & ſi, C. de noxalibus actionib. l. communi in fin. C. de communi diuid.* Ponitur affirmatiue. *l. iuriſgentium*, §. *quinimo, ff. de pactis, cap. cauſa de verb. ſign.* Et etiam negatiue *l. non dubium*, vbi *Florian. ff. de legatis* 3. notant *Octau. Vulp. de verb. ſignific. ſub dict. quidni, verſ. quinimo, pag. 95.*

DICTIO CCLXXIII.
Quis.

1 EST relatiua, & demonſtrationis cauſa appoſita, quæ refert in alio loco contenta cum omnibus ſuis qualitatibus, vt in *l. à filio*, §. *teſtator, ff. de alimentis & cibar. legatis. l. 1. §. ſed cum plures*, & ibi *Bart. ff. ſi familia furt. fec. Matienſo l. 2. gloſ. 1. num. 16. tit. 4. lib. 5. nouæ recopil. Azeuedo ad l. 2. n. 48. tit. 14. lib. 4. nouæ recopil. Surd. conſ. 352. n. 22. Cened. pract. & canon. quæſt. ſing. 27. n. 4. & 5.*

2 Habet naturam reſtrictiuam per quam præcedentia reſtringuntur ad caſum relatum quando ſine copula eſt adiectũ, tex. eſt qui ad hoc communiter allegatur, in *l. ea tamen adiectio*, vbi *Bart. ita ſummat, ff. de legatis 3.* tenent *Menoch. conſ. 177. nu. 22. Cotta in memorabil. verbo quis, pag. 727. Surd. deciſ. 282. n. 6. & conſ. 127. nu. 47. Morot. reſp. 5. n. 5. & ſeq. Cened. d. ſing. 27. n. 4. Cald. Pereira de poteſtate eligendi, cap. 11. n. 19. & de extinct. emphyt. cap. 10. nu. 49. Anton. Monach. Lucenſi, deciſ. 57. num. 6.*

3 Generalis eſt comprehendens maſculum & fœminam, maiores & minores, liberos, & in poteſtate conſtitutos. *l. 1. §. de pupillo*, & ibi *Bart. ff. de conſtit. pecun. l. 2. §. 1. ff. adoptionib. l. 4. §. 1. ff. de in ius vocando, l. Gallus*

in princ.ff.de liberis & poſth. notant *Tiraq. de retractu lig.*§.1. *gloſ.9.n.216.cum ſeqq.Viu.to.*1. *commun.opinion.lib.2.tit.26.pag.*347.*Rebuff.in tract. nominat.q.*8.*n.9. Menoch.de præſump.lib.*4. *q.89.nu.*48. *Barthol.Perett.in comment.ad extrauag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ non alien. verbo prædeceſſorum,num.41.pag.*233. *Surd.de alimentis tit.8.priuil.*38. *n.*18. *Cardin.Tuſch.practic.concluſ.tom.2.lit.D.concl.*353.*nu.*1. vbi *nu.*2. limitat quando ſumus in materia odioſa, vel correctoria, & ſtatutum loquitur cum termino maſculino, ſecus ſi cum termino communi.

4 Iuncta verbo futuri temporis facit conditionem. *l.ſtichum, qui meus erit,ff.de legatis* 1.*l.ſerui electione*, §. *labeo,ff.eod.tit. l. nuper, ff.de legatis* 3. notant *Tiraq. in l. boues*, §.*hoc ſermone limit.16.num.*1. *Cened.d.ſing.*27. *n.6.Galganet.de condition.& demonſtr.p.1. cap.4. nu.*11.*Accac. Anton. in comment.ad rub.ff.de condit.& demonſt.cap.2. num.*9. *Ioſeph. Seſſe Aragon. deciſ.* 124. *num.*17. vbi *nu.*18. aſſerit quod relatiuum hoc debet intelligi tantum de expreſſatis in referente.

DICTIO CCLXXIV.
Quiſque.

1 Est collectiua non diſtributiua, vt in *l.hoc articulo*, ff.*de hæred.inſtit.* & in *l.neceſſaria*, §. *ſi annua*, ff.*de pignorat.actione*. notat *Cald.Pereira de poteſtate eligendi,c.13.nu.*47. vbi etiam tenet quod per hanc dictionem nō videtur conceſſum ius accreſcendi.

2 Tribuit rem cuilibet in ſolidum. *Tiraq. de retractu lig.* §.31.*gloſ.1.n.*12.

DICTIO CCLXXV.
Quiſquis.

1 Generalis eſt, & generaliter eſt intelligenda. *Aloyſ.Ricc.in deciſ.curiæ Archiep. Neapol.deciſ.222.nu.2.p.*2. Maſculinum cōcipit & fœmininum. *Tiraq.de retractu lig.*§.1.*gloſ.9. num.*216.

2 Diſtributiua eſt & facit cōiunctos haberi pro diſiunctis, vt per *Cened.pract.& canon.quæſt. ſing.27.n.1.Card.Tuſch.practic. concluſ. tom.2. litt.D.concl.*269. *num.*15.

DICTIO CCLXXVI.
Quoad.

1 IDem importat quod donec,quandiu, vel, quouſque, & eſt temporalis non perpetuo excluſiua, vt per *Octau. Vulp.de præpoſ. & aduerb.ſignif. ſub dict. quidni, verſ.quoad,pag.* 95. *Cardin.Tuſch.pract.concluſ. tom.2. litt.D.concl.*354. *n.*1. vbi *nu.*2. dicit quod relata ad tempus, eſt limitatiua temporis.

2 Reſtringit & limitat præcedentem diſpoſitionem, vt per *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 911.*n.*3.

DICTIO CCLXXVII.
Quod.

1 SVſpendens diſpoſitionem in aliquem futurum euẽtum facit conditionem *Cotta in memorabil.verbo quod,pag.*729.

2 Inducit repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem. *Galganet.de condit. & demonſtrat. p.*2.*cap.*1. *q.*18. *n.*8.*Cened.pract.& canon.quæſt. ſing.*94.*n.*5.

3 Refertur ad vniuerſum, & denotat perfectionem,vt per *Anton.Gomez. in* §.*pœnales,nu.*4.*inſtit.de actionib.* quæ citat *Cened. ſing.*89.*num.*3. Totum refert, & demonſtrat *Pichard. ad* §.9.*nu.* 44.*&* 46.*inſtit.de legatis*.

4 Aliquando accipitur hæc dictio pro,quia,vt in *l.*3.§.*ſaltus*, vbi *gloſ.verbo quod*, *ff. de acquirenda poſſeſſ.* & in *l.fin.* vbi *gloſ. ff.de vſucap.* & in *l.* 1. vbi *gloſ. ff.de dote præleg.*& in *l.cum filius* §.*ſeruus*, vbi etiam *gloſ.* ff.*de legatis* 2.Interdum ſumitur pro copula, &,vt in *l.ſi quis in hoc iure*, vbi *gloſ.* C. *de Epiſcop. & cleric.* Nonnunquam capitur pro, quãtum, in *l.quod attinet*, ff.*de regulis iuris*. Aliquoties capitur pro, ſed, in *l.ita ſtipulatus*,iuncta *gloſ. verbo ſed*, ff.*de verbor.oblig.& in l. quod ſi domus*, iuncta *gloſ.*1. *ff.de captiuis & poſtlim.reuerſis.* quæ iura colligit *Cened.d.ſing.*94. *n.*1.2.*&* 6.

5 Dictio, quod ſi, eſt aduerſatiua in iure & in facto, ſi ponatur ſine copula, vt in *l.quod ſi alij*, ff.*de adimendis leg.*& in *l.*1. §. *quod ſi*, C.*de naturalib. liber.* & in §.*quod ſi partim*, *inſtit.de rerum diuiſ.*& in *cap. cum non ignores verſ.quod ſi forte, de præbend.* & in *cap.per tuas verſ.quod ſi abſolutionis de ſentent. excom.* & in *cap. cupientes*, §. *quod ſi per*

*viginti de elect.lib.6.*cum alijs citatis à *Cened.d.ſing.94.n.4.*

DICTIO CCLXXVIII. Quodammodo.

1 DEnotat improprietatem, vt in *l.2.* ff.*qui & à quibus*, & in *l. in ſuis*, ff. *de liberis, & poſth.Auth.de iureiur.à moriẽte præſt.*§.1.*collat.*5.notant *Oct. Vulp.de præpoſ. & aduerb.ſignif. in dict.quodãmodo, pag.*96.*Vincent.de Franchis deciſ.*282.*nu.*9. *Cened.pract.& canon.quæſt.ſing.* 92.*num.*3.

2 Aliquando fictionem denotat, vt in *l.Prætor.*§.1.ff.*de edendo*, & in *l.*1. vbi *Aretin.* ff.*de verbor.oblig.* notant *Tiraq. in tract. de iure primog.q.*33.*nu.*9. *Octau.Vulp.d.loco, n.*2.

DICTIO CCLXXIX. Quodcumque.

1 ESt vniuerſalis affirmatiua, & nihil excludit, vt in *cap.ſolitæ de maiorit. & obed.* cum alijs de quibus per *Cened. practic.& canon.quæſt.ſing.*90. *n.*1. vbi *n.*2. aſſerit quod in materia fauorabili auget, & in materia odioſa eſt ſtricti iuris:& *n.*3. quod reſtringitur ſecundum naturam actus cui tribuitur.

2 Eſt magis latæ ſignificationis, quam dictio, omne, quia illa eſt vniuerſalis, hæc vero generalis, vt per *Tiraq.de retractu lig.*§.1.*gloſ.*7. *n.*26. quem refert *Cened.d.ſing.*90.*n.*4. Et qui dicit quodcumque,nihil excipit.*Narbona de appellatione à vicario ad Epiſcopum, p.*2.*fundam.*1.*n.*37. vbi *n.*36. aſſerit dictionem,quomodocumque, idem eſſe quod, quocumque.

DICTIO CCLXXX. Quolibet.

1 ESt diſtributiua, quæ tribuit rem cuilibet in ſolidum. notant *Bart.in l.hoc articulo*, ff. *de hæred. inſtit.Octau. Vulp.de præpoſ.& aduerb.ſignif. in dict.quolibet,pag.*97.

2 Dictio, quolibet modo, eſt vniuerſalis omnes caſus comprehendens, vt in *l.omnes*, vbi *gloſ. verbo quaſlibet*, C. *de quadriennij præſcript.* notat *Menoch. remed.6.recuper.n.*14.

3 Dictio, quorumlibet, vti generalis omnia bona comprehendit, & nihil intactum relinquit. *Franciſcus Leo in theſauro fori eccleſ.p.*1.*cap.*15.*n.*60.

DI-

DICTIO CCLXXXI.
Quomodocumque.

1 EST ampliatiua, & vniuerſalis,& omnia,comprehendens vltra etiam expreſſa notant *Cened. practic. & canon. quaeſt. ſing.* 95.*n.*5. *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.*2.*lit.D. concl.* 355.*n.*1. *Cardin. Seraphin. Rota Rom. deciſ.* 317. *nu.*3. Reſtringitur tamen ſecundum naturam actus cui adijcitur, vt per *Caualcan. de vſufructu mulieri relicto, cap.*9. *n.*106. quem citat *Cened. d. ſing.* 95.*n.*6.

2 Inducit illud quod impropric eſt tale, etiam in materia ſtricta, vt in *cap. indemnitatibus de elect. lib.*6. notant *Grat. conſ.* 20.*num.*76.*lib.*2. ſubdens quod verba, quomodocumque deceſſerit, includit etiam mortem ciuilem. *Octau. Vulpell. de praepoſ. & aduerb. ſignif. in dict. quomodocumque, pag.* 96.

3 Quomodocumque,& quouis modo,idem importāt. *Bertaz. de clauſ. clauſ.* 21.*gloſ.* 16.*n.*1.*in fin.*

DICTIO CCLXXXII.
Quomodolibet.

1 VNiuerſalis eſt,& omnes caſus cōprehēdit,eoſq. diſtribuit, vt per *Rebuff. in commentar. ad l. creditorum* 11. *verſ. quomodolibet*, ff. *de verbor. ſignif. pag.* 75. *Cened. pract. & canon. quaeſt. ſing.* 95. *nu.*3.*&* 5. Et quemcumque modum,qui comprehendi poteſt, ſignificat *Narbona de appellat. à vicario ad Epiſcopum p.*2.*fundam.*1.*nu.*35. vbi *n.*36. dicit quod idem importat quod quodcumque.

2 Operatur etiam vltra expreſſa. *Clem.*1. vbi *gloſ. de re iudicata Flamin. de reſignationib. tom.*2.*lib.*9.*q.*25.*nu.*50. Et propter ſui generalitatem omnia comprehendit, de quibus in genere ſufficit quod fuerit cogitatum, vt per *Cardin. Seraphin. Rota Rom. deciſ.* 350.*n.*2.

3 Includit omne ius etiam minimum. *Cardin. Seraphin. Rota Rom. deciſ.* 1082.*n.*2.

4 Omnem penitus modum includit, vt in *Clem.*2.*verſ. ne igitur*, vbi *gloſ. verbo quomodolibet, de ſentent. excom. cap. indemnitatibus*, §. *ſi qua vero, de elect. lib.*6. notant *Menoch. remed.*6. *recuper. num.*15. *Flamin. d. q.*25. *nu.*4. *Valaſc. conſult.*61.*n.*6. *Cened. d. ſing.* 95.*n.*1. vbi *n.*4. aſſerit quod ampliat, & extendit diſpoſitionem, etiam vſque ad improprietatem.

5 Denique hæc dictio fortius agit, omnia continet, nullum reſpicit caſum, vt notat *Franciſc. Molin. de brachio ſecul. c.4. n.48.*

DICTIO CCLXXXIII.
Quondam.

1 DEnotat tempus pręſens præteritum, & futurum. *gloſ. in l. nec emptio*, ff. *de contrab. empt. Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. in dict. quondam*, *pag.97. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.3. gloſ.1. n.4.* Eſt proprie aduerbium temporis præteriti, & remouet qualitatem de præſenti, vt in *l. eius qui in prouintia*, ff. *ſi certum petatur*, & in *l. cui eorum*, §. *affinitatis*, ff. *de poſtulando*, & in *cap. ad petitionem*, & in *c. accedens de accuſat. Tiraq. de retractu lig.* §.1. *gloſ.9. nu.51. Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.92. n.1.*

2 Appoſita nomini proprio importat demonſtratione quod ille talis ſit defunctus. *gloſ. verbo defuncti in l. eius qui in prouintia*, ff. *ſi certum pet.* notant *Octau. Vulpell. d. loco, n.1. Sebaſt. Medices in tract. mors omnia ſoluit p.1. n.93. Bertaz. d. gloſ.1. n.4.* Card. *Tuſch. pract. concluſ. tom.2. lit. D. concl.356. n.1.*

DICTIO CCLXXXIV.
Quoniam.

1 VIdetur conſequutiua ad præcedentia, vt nouiſſime deciſum eſt in ſacra *Rota Romana apud Farinac. deciſ.193. n.9. tom.1. p.1.* Eſt cauſalis & rationalis de ſui natura, & confirmat aut præcedentia aut ſequentia. *eadem Rota Rom. apud Farinac. deciſ.300. n.16.17. & 20. d. tom.1. p.1.*

DICTIO CCLXXXV.
Quoque.

1 DE vi, & ſignificationibus huius dict. late *Rebuff. in cõment. ad l. deteſtatio* 40. §. *familiæ appellatione, verſ. quoque, pag.221.* ff. *de verb ſign.* Aliquãdo enim continuat, vt in *cap. quorundam, de elect. lib.6.* Interdum implicat, vt in *l. illud*, vbi *gloſ. ff. de petit. hæred.* & in *l. labeo*, ff. *de pactis.* Nonnunquam ſuperfluit, vt in *cap. ſi motu de præbendis.* Quandoque exponitur pro, etiã, vt in *l. verbo victus*, & in *l. locus in fine*, & in *l. interdum*, ff. *de verbor. ſignif.* & in *l. ſeruum quoque, ff. de procurat.* & in *l.2. in princ. ff. de pactis*, cum alijs de quibus *Rebuff.*

Rebuff. d.§.familiæ, verſ.quoque. Cened.pract.& canon.quæſt.ſing. 93.n.4.

2 Natura huius dictionis eſt, vt qualitas, quæ erat in caſu præcedenti ſit in ſequenti. *Rebuff. d.§.familiæ, verſ.ſecundo natura. Cened.d.ſing.93.num.1.Cardin. Tuſch.pract.concluſ.tom.2.lit.D. concl.357.Pichard.ad §.ſi eadem res 9.n.45.inſtit.de legatis.*

3 Eſt copulatiua, & implicatiua eiuſdem ſenſus, vt per *Surd. deciſ.264.n.21.Cardin.Tuſch.d. concluſ.357.*

4 Similitudinem regulariter denotat, vt in *l.2.* vbi *gloſ.ff.pro hærede*, notat *Ferrer. in conſtit. Cathalon.gloſ.1.nu.53.* Et eſt repetitiua ſimilis qualitatis, vt per *Garc.Girõda de priuil.& exempt. explicat.n.576.*

5 Implicat caſum magis dubitabilem, & ponitur inter diuerſa eiuſdem generis; ita *Octauian. Vulpell.de præpoſit. & aduerb.ſignificat.ſub dict. quondam, verſ. quoque, pag.98.*

DICTIO CCLXXXVI. Quoquo modo.

1 EST vniuerſalis, & oſtendit plenam voluntatem; vt per *Stephan.Gratian.Marchiæ deciſ.51.num.25.Rota Rom. apud Farin.deciſ.68.nu.3.Card. Tuſch.pract.concluſ.tom.2.lit.D. concl.359.n.4.*

2 Continet omnes modos etiam improprios, vt in *l. quidam*, §.1. vbi *gloſ.ff.de fideicom. libert.* notat *Menoch. conſ.344. nu.19.* vbi etiam quod includit modos maiores expreſſis. Ad modos tamen proportionabiles reſtringitur materiei idoneæ, in qua exprimitur, ex *Gemin.* notat *Octau.Vulp.de præpoſ.& aduerb. ſignific.in dict. quoquo modo, n.1. pag.98.*

3 Intelligitur principaliter, vel incidenter. *gloſ.in cap.inquiſitionis, §.prohibemus de hæreticis lib.6.* vbi prohibetur iudices laicos in crimine hæreſeos quomodo ſe ingerere. notat *Octau.Vulp. d.loco ſtatim in princ.*

4 Facit aliqua comprehendere, quæ aliàs minime comprehenderentur, maxime quando plura coniunguntur. Vim geminationis habet, & ideo etiam alias inhabiles cõplectitur. Comprehendit omnes caſus, qui ſuccedere poſſunt. *ita Octau.Vulp. d.loco, n.2.*

5 Aliquando exponitur pro, quomodocumque, vt in *l.ſi extraneus, ff.de condict.cauſa data*.

Nonnunquam pro, quocumque caſu, vt in *l. ſi cum dotem*, ff. *ſoluto matr. & in l. his ſolis*, ff. *de condict. indeb.* Idem ſignificat quod, omni modo, & habet vim taxatiuæ, quæ alios caſus excludit. *Menoch. de præſumpt. lib. 4. quæſt. 112. n. 13.*

6 Hæc dictio, & dictio quouis modo, eandem vim & ſignificationem habent, vt per *Rebuff. in commentar. ad l. creditorum* 11. *verſ. quoquo modo*, ff. *de verbor. ſignif. pag.* 75.

7 Illarum verba adeo ſunt ampliſſima, vt complectātur omnes modos etiam excogitabiles & improprios, iuxta reſoluta per *Hippol. conſ.* 80. *n.* 37. *vol.* 1. *Menoch. conſ.* 344. *n.* 19. *Maſcard. de probationib. concluſ.* 1131. *nu.* 16. *Valaſc. de partitionib. c.* 13. *n.* 93. *& conſult.* 61. *n.* 6. vbi etiam aſſerit quod comprehendunt omnem modum nullitatis; de quo etiam *Farin. de delictis p.* 4. *deciſ.* 68. *in addit. n.* 3

8 Sunt vniuerſales, omnes caſus comprehendentes, & diſtributiuæ omnium, licet ſint reſtringendæ ad modos proportionabiles: & idem operantur, quod dictiones, quolibet modo, & quomodolibet, vt per *Menoch. remed.* 6. *recuper. num.* 14. *Stephan. Gratian. Marchiæ, deciſ.* 51. *nu.* 17. *Cardin. Tuſch. practic. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 359. *n.* 1. vbi *nu.* 5. tenet quod licet ſint vniuerſales huiuſmodi dictiones, tamen patiuntur reſtrictionem, & ciuiliter intelligendæ ſunt, quando agitur de pœna incurrenda.

DICTIO CCLXXXVII.
Quot.

1 Significat, & denotat quãtitatem, vt per *Benedict. Aegid. in repert. l.* 1. *C. de ſacroſanctis Eccleſ. p.* 5. *in initio, n.* 2.

DICTIO CCLXXXVIII.
Quoties.

1 De vi, & effectibus huius dictionis, vide *Rebuff. in comment. ad l. oſtentum* 38. *verſ. quoties*, ff. *de verbor. ſignific. pag.* 208. *Octau. Vulp. de præpoſit. & aduerb. ſignific. in dict. quoties, pag.* 100. *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concl.* 358.

2 Eſt repetitiua, & numerum reſpicit, *l. ſicut*, ff. *quemadmodum ſeruit. amit. l.* 3. ff. *quibus modis ſeruit. amit.* notat *Octau. Vupell. d. loco ſtatim in princip.* vbi etiam dicit quod addita dictioni, toties, verificatur in quatuor, vel pluri-

pluribus vicibus per *gloſ.in l.cum quæſtio*, *C.de legatis*. Eſt reiteratiua, vt in *l.fin.C.de indicta vid.toll.& in cap.quoties* 2.*q*.6.

3 Eius eſt naturæ, vt importet vniuerſaliter poteſtatem variandi, ſi non reperitur reſtricta, vt per *Tiraq.in l.Boues*,§.*hoc ſermone limit*.26.*nu*.1.ff.*de verbor. ſignificat.*

DICTIO CCLXXXIX. Quotieſcumque.

1 EST vniuerſalis, & omnia comprehendit etiam in materia odioſa; vt per *Aloyſ.Ricc. in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ*.287.*n*.1.*p*.2.

2 Significat plures vices, & ſic reiterationem vicium, ſeu caſuum, vt in *l. vxorem*, §. *teſtamento*, ff.*de legatis* 3. & in *l*.1.ff. *de vacat.muner*.& in *l.ſi tibi decem*, §.*de pignore*, ff.*de pactis*, & in *l.ſed etſi in fine*, ff. *ex quibus cauſis maiores*, notant *Menoch. conſ*.143.*nu*.15.*Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb.ſignif. in dict.quotieſcunque*,*pag*.101.

3 Promittens retrouendere quotieſcunque, lapſu triginta annorum liberatur, de quo vide *Viu. tom*.1.*commun.opinion. lib*. 2.*tit*.3.*de pactis*,*n*.18.*in princ.& lib*.4. *tit*.37. *de pactis inter emptorem*,*nu*.25.*pag*.645. *Emman. Soar.to*.2.*lib*.7.*tit*.5.*de præſcript. triginta*,*num*.1.*pag*.235. vbi *Fichard. num*.17.*pag*.236. *Anton. Gabri. tom*.3.*lib*.5. *de præſcript. concl*.6. *Perez ad l*.1.*tit*.2.*lib*.8. *Ordin.pag*.41.*& l*.1.*verſ.quæro*. 29.*tit*.9.*lib*.3.*pag*.657. *Stephan. Gratian. diſceptat.forenſ. cap*.2. *nu*.5. *D.Marta de iuriſdict.p*.1. *cap*.34.*n*.11. *Cald.Pereira in l.ſi curatorem*, *verbo ſua facilitate*, *n*.70.*P.Molina de iuſtit.tract*.2. *diſp*.374. *verſ. quando*. *Cardin. Mātica de tacitis*, *& ambig.conuent.lib*.4.*tit*.31.*n*.26. *Bernard. Græuæ.ad practic.cameræ imper. lib*.2.*concl*.18.*conſid*.1.

4 Plura alia de hac dictione vide apud *Rebuff. in commentar. ad l.oſtentum* 38.*verſ.quoties*, ff. *de verb.ſignific. pag*.208.

DICTIO CCXC. Quotidie.

1 RESpicit tempus quotidianum, argum. *l.diarijs*, ff. *de alim. & cibar. leg.* & in *l. nec ſemel*, §.*ſi in habitatione*, vbi notatur, ff.*quando dies leg. ced.* Et perpetuitatē ſignificat. *Felin. in proœm. Decretal. verbo quotidie. Octauian.Vulpell. de præpoſit. & aduerb.*

*aduerb.ſignificat.ſub dict.quotieſcumque, verſ.quotidie, pag.*101.

DICTIO CCXCI.
Quouis modo.

1 INcludit ea, quæ aliàs non venirent, & eſt generalis omnia comprehendens, vt per *Menoch.remed.6.recuper.nu.*16. quem citat *Cened.pract.& canonic.quæſt.ſing.96.n.*2. vbi *nu.*4. aſſerit quod licet generalis ſit, reſtringitur tamẽ ad modos proportionabiles materiæ idoneæ, in qua exprimitur *Card.Tuſch.practic. concluſ. tom.*2. *litt.D. concl.* 359.*n.*18.

2 Impedit interpretationem reſtrictiuam, & includit omnes modos ſimiles, & diſſimiles, ac etiam maiores expreſſis *gloſ.in Clem. ne Romani, verbo quouis modo, de elect.* & in *cap.fin. verbo quouis modo, de ſentent.excõm. lib.*6. notat *Octauian.Vulpell. de præpoſ. & aduerb.ſignificat. in dict.quouis modo, pag.*102.

3 Iuncta cum dictione, alio, generalitatem, & vniuerſitatem infert, & omnia comprehendit, etiam maiora, & diuerſa expreſſis, vt per *Mar. Alter. de cenſuris eccleſiaſt.tom.*1.*diſp.*16.*lib.*5. *cap.*3.*litt.A.*

DICTIO CCXCII.
Quouſque.

1 EST limitatiua temporis, & determinat tempus, vt per *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.*5.*gloſ.*4.*n.*1. Et inducit excluſionem temporalem. *Ioſeph. de Seſſè Aragonæ deciſ.*76.*n.*10.

2 Quouſque fuerit ſatisfactũ, importat reintegrationem facta ſatisfactione, vt per *Card.Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concl.*360.

DICTIO CCXCIII.
Realiter.

1 IN materia numerationis actum veræ numerationis importat, quæ ſi non interueniſſet, & addita fuiſſet inſtrumentum reprobaretur, vt per *Bertazol. de clauſ. inſtrument.clauſ.* 34.*gloſ.*7.

DICTIO CCXCIV.
Rata.

1 DIcitur quandoque pars virilis contrahentis, vel hæredis. *l.*1. vbi *gloſ. C. vnde liber.& l.fin.C.de impub.& alijs ſubſtit.* quandoque hæreditaria, vt in

vt in *l.* 1. C. *eod.* licet in dictis locis de hoc verbo, rata, mentio non habeatur, vt dicit *Bald. in d. l. fin. n.* 1. ſcias ergo alibi dicere Bald. *in Auth. defuncto, n.* 11. C. *ad Tertullian.* quod verbum, pro rata, debet intelligi, pro portione, quæ ſe contingit, & ſecundum naturam ſubiacentem, ideſt pro portione quā iuris ratio vnicuiq. diſtribuit: quo ſenſu etiam accipitur in *l. ſic pro rata*, ff. *de relig. & ſumpt. funer.* notant *Tiraq. de retractu lig.* §. 11. *gloſ.* 8. *Strach. in tract. de decoctor. vlt. p. n.* 28. quos refert *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 37. *gloſ.* 3.

DICTIO CCXCV. Recipere.

1 VErbum hoc non importat dominij tranſlationē, ſicut nec verbum tradere, ſed ſi adijciatur generi, vel quantitati promiſſæ in genere, tunc propter adiunctum importabit tranſlationem dominij, ita *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 17. *gloſ.* 4.

DICTIO CCXCVI. Recte.

1 NOn ſolemnitatem, ſed ius partis oſtendit *gloſ. in l. non putauit*, §. *non quæuis*, ff. *de bonorum poſſeſſ. contra tab.* & in *l.* 2. C. *de inoffic. teſtam.* notat *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 67. *n.* 24. Aliquando denotat ordinem, & ſolemnitatem iuris, vt per *Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. nu.* 35. C. *de reuoc. donation.* quem refert *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 98. *n.* 2. *Octauian. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignif. in dict. recte, pag.* 102. *col.* 2.

2 In eo differt à dictione, rite, quod illa importat iuſte & æque factum: rite vero ſolemniter, & ordine debito eſſe factum, iuxta citatos per *Cened. d. ſing.* 98. *n.* 1. Deinde recte cauſæ iuſtitiam ſignificat: rite, vero ſolemnitatem ordinis ſeu iuris, vt per *Vital. de Cambanis in tract. clauſul. pag.* 7. *col.* 2. *n.* 1.

DICTIO CCXCVII. Reddas.

1 VErbum hoc eſt præſentis tēporis imperatiui, quod neceſſitatem diſpoſitionis inducit, vt per *Accacium Anton. in comment. ad l.* 1. *n.* 74. *ff. de condition. & demonſtrat.*

DICTIO CCXCVIII.
Relinquo.

1 VErbum hoc ſolum conuenit vltimæ voluntati non autem donationi inter viuos. *l.* 1. §. *vlt.* vbi *gloſ.* ff. *de tab. exhib. l. iubemus nulli*, §. *vlt. in gloſ. verb. relinquo*, C. *de ſacroſ. eccleſ. Menoch. conſ.* 344. *nu.* 2. Aliquando tamen trahitur ad actus inter viuos. *l. hoc ſermone*, ff. *ſi liber ingenuus eſſe dicatur. l. cum oportet*, §. *ſi autem*, C. *de bonis quæ lib. Menoch. conſ.* 344. *n.* 27. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 124. *n.* 4. *cum ſeqq.*

2 Congruit donationi cauſa mortis, vt per *Cald. Pereira q. forenſ. ſeu recept. ſentent. conſil.* 19. *num.* 23.

3 Adaptatur ad hæredis inſtitutionem, & ad legata. *Menoch. d. conſ.* 344. *n.* 15. *Gama Luſit. deciſ.* 196. *nu.* 1. Et, vt pro inſtitutione hæredis habeatur, debet adijci vniuerſitati bonorum. *Valaſc. conſult.* 165. *nu.* 4. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 362. *Melch. Phœbos Luſit. deciſ.* 59. *nu.* 3. Adiectum vero rei certæ, & particulari nunquam trahitur ad inſtitutionẽ. *l. Lutius* 90. §. *filiam*, ff. *de legat.* 3. *Clar. in* §. *teſtamentum*, *q.* 38. *nu.* 11. *Valaſc. d. n.* 4. Poteſt tamen inducere legatum relictum venientibus abinteſtato. *Spino in ſpeculo teſtam. gloſ.* 9. *n.* 22. *col.* 4.

DICTIO CCXCIX.
Reſiduum.

1 COntinet totum, vt in *l. quod ſi Mæuius*, ff. *de hæredib. inſtit. l. pater tuus*, C. *eod. tit.* notat *Octauian. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. in dict. reſiduum, pag.* 103. vbi dicit quod cauti creditores eſſe debẽt, vt ſi debitor in centum ſoluat vigintiquinque pro reſiduo, ipſis patientibus, ſibi præiudicarent in reſiduò: quia illa dictio probat quod totum ſolutum fuerit, per *l. ſi ex pluribus in princ.* vbi *gloſ. verbo reliquum*, ff. *de acceptilat.* Denotat enim quod nihil amplius debeatur, prout reſolutum eſt in *Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 94. *n.* 2. *in nouiſſ. nouiſſ.* Et facit quod reliquum includatur, ex *Card. Seraphin. deciſ.* 544. *nu.* 2. Arguit ſolutionem partis ad quã quis tenebatur, ex eod. *Card. Seraphin. deciſ.* 617. *nu.* 13. Præſupponit partẽ ſummæ omnino ſolui debere, aliàs non eſſet reſiduum; *deciſ.* 224. *n.* 2.

DICTIO CCC.
Reſpondere.

1 VErbum hoc duo ſignificat, litigare, item & ſoluere, prout notat Doctor, ac dominus meus *Petrus Barboſa ad l.*1. *ar.*3.*n.*231.ff.*de iudicijs*.

DICTIO CCCI.
Reſtituere.

1 VErbum hoc à iudice prolatum in ſententia, plenam habet ſignificationẽ, itaut fructus quoque comprehendat, vt in *l. reſtituere* 35. ff. *de verb. ſignificat*. & in *l. videamus*, §.*in ſabiana*,*ff.de vſuris*,& in *l.in cõdemnatione*,§.1.*ff.de regul.iuris*, & in *l.*1. C.*ſi maior factus*, & in *cap.* 1. *de in integ. reſtit.* notant *Cou. lib.*1. *variar.cap.*3.*num.*1. *Viu.to.* 2.*commun.opinion. lib.*8. *tit.*3.*nu.*2.*pag.*336. *Menoch. remed.* 1. *recuper. nu.* 412. *Gutier. practic.lib.*3.*q.*38.*n.*30. *D. Barboſa in rub.*ff.*ſoluto matrim.p.*3. *num.*73. *Ceuall. commun. contra commun. q.*762.*num.*69. *Cabedo Luſitan.deciſ.*68.*n.*3.*p.*1.

2 Aliquando importat idem quod verbũ ſoluere,vt per *Steph. Gratian. March.deciſ.*147.*n.*6. Interdum neceſſitatem diſpoſitionis inducit ex *Accac. Anton. in comment.ad l.*1.*n.*74.ff.*de condit. & demonſt.*

DICTIO CCCII.
Rogo.

1 VErbum hoc à Sũmo Pontifice prolatũ habet vim præcepti, vt exponit text. in *cap.*1. *de ſtatu regul. gloſ. in cap. Beatus* 7. *q.*1. & in *cap. Rogo* 11. *q.* 3. cum multis quæ eleganter cumulat *Tiraq. de pœnis temper. cauſa* 35.*n.*4. *cum ſeqq.*

DICTIO CCCIII.
Rurſus.

1 IDem importat quod iterum, denuo, vt in *l.pacta non conuenta in fine*,ff.*de cõtrah. empt.* & in *l.damni*, *in fin.*ff.*de damno infecto*, cum alijs quæ adducit *Rebuff.in comment.ad l.ſylua cædua* 30.*verſ.rurſus*, ff.*de verb.ſignif.pag.*175.

2 Duabus vicibus eſt contẽta, vt per *Octau.Vulp. de præpoſ. & aduerb.ſignific.in dict.rurſus*, *pag.*103. *Cald. Pereira in l.ſi curatorem, verbo implorandum*, *n.*36.*C.de in integ.reſtitut.*

DICTIO CCCIV.
Saltem.

1 ESt ſubſidiaria,& diminutiua, vt in *cap.ſtatutum*, §.*cum*

§.*cum vero de reſcriptis lib.6*.notant *Corn. conſ.* 190. *in princip. vol.*1. *Octau.Vulpell.de præpoſit. & aduerb.ſignific.in dict.ſaltem*, *pag.*104.*Surd.conſil.*447.*nu.*27. *Cardin.Tuſch.pract.concl.tom.*2. *litt.D.concl.*367.*nu.*4. vbi *nu.*3. dicit quod eſt coniunctio diminutiua, de quo etiam *Surd. de alimentis tit.*8.*priuileg.*3.*n.*6.

2 Non reſtringit diſpoſitionem ad numerum expreſſum: ſed intendit includere maiorem numerum, tex.eſt in *cap.excommunicatus*, §.*addamus de hæret.* Nam hæc vox limitate non ponitur: ſed includit alia quam expreſſa proportionabilia in materia. *gloſ.in cap.ſicut.Apoſtolicis* 9.*q*.3. *Octau.Vulp.d.loco*. Adiecta enim diſpoſitioni numerali non excludit maiorem numerũ quam fuerit expreſſum: vt ſi dicatur quod debeant eſſe tres canonici ſaltem, poſſunt adeſſe quatuor, quia non reſtringitur diſpoſitio, *ita Cardin. Tuſch. d. concl.*367.*n.*1.

3 Eſt implicatiua,non autem limitatiua, *ex Card.Seraph.Rotæ Rom.deciſ.*787.*n.*8. Alternatiua eſt non electionis ſed ordinis, vt in *l.cum pater*,§.1. ff.*de legatis* 2. *Coſm. in pragm.ſanct. tit. de collation.verb.ſaltẽ,pag.*246.*verſo.*

DICTIO CCCV.
Saluo.

1 Modificat, & reſtringit omnia ſuperiora.*gloſ. in l.item labeo*, ff.*familiæ herciſc. Brunor.à Sole in locis communib. verbo ſaluo*. *Octau.Vulp.de præpoſit. & aduerb. ſignific. in dict. ſaluo,n.*1.*verſ.inſuper,pag.*104. *Menoch.conſ.*61. *n.*17.*& conſil.* 334.*n.*34.*Cened.ſingul.*100.*n.*2. *Card.Tuſch.pract.concluſ.tom.*2. *litt.D.concl.*308. *nu.*1. *Melchior Phæbos Luſitan. deciſ.*34.*nu.*13. *p.* 1. Et in tantum natura huius dictionis eſt modificare,vt ſi non inuenit quid modificet, extinguit orationem præcedentem,& in negationem reſoluit, vt in *l.ſi quis a filio*, §.1.*& ibi gloſ.*ff.*de legatis* 1. notant *Dec.Pedam.*164. *n.*10.*Octau.Vulpell.d.loco, nu.*2. *Card.Tuſch.d.concl.*308.*n.*2.

2 Exceptiua eſt, vt in *l.ſi debitor*, §. *in venditione*, ff.*quibus modis pignus*. *Octau.Vulp.d.loco ſtatim in princip. Menoch. conſ.* 134.*nu.*11. *Gutier.practic.lib.*1. *q*.3. *nu.*13. *Cened.practic.quæſt. ſing.*100. *nu.*3. *Melch.Phæbos d. deciſ.*34.*n.*15.

3 Eſt reſeruatiua caſuum ſub ea propoſitorum, vt per *Azeued.*

ad

ad l.2.nu.154. tit.13.lib.8.nouæ recopilat.

4 Dictio, ſaluo quod, importat aduerſatiuam, quia non vult quod diſpoſitio loquens in vno caſu habeat locum in alio, vt per *Cardin. Tuſch. d. litt. D. concluſ. 368.n.1.*

DICTIO CCCVI.
Scilicet.

1 EſT reſtrictiua de ſui natura, vel declaratiua; & ideo importat alterum de duobus, prout magis veriſimile eſt, vel ſecũdum benigniorem interpretationem notãt *Menoch.conſ. 328.n.11.Cardin.Tuſch.practic. concluſ. tom.2. lit. D. concl.369. n.1. Octauian.Vulp. de præpoſ.& aduerb.ſignif.in dict.ſcilicet, pag. 105.& ſeq.*

DICTIO CCCVII.
ſecundum.

1 LImitat promiſſionem, ſeu diſpoſitionẽ, vt ex *Bart. Dec. & alijs tenent Surd. conſil. 460.num.70. Menoch.conſ.391. n.5. Azeuedo ad l.1. nu.50.tit.1. lib.6. nouæ recopilat.*

2 Stat cauſatiue pro, quia, & interpretatiue. *Menoch.d.conſ. 391.n.32.Matienſo ad l.2.n.12. gloſ.9.tit.4.lib.5.nouæ recopil.Cened.practic.& canon.quæſt.ſing. 28.n.2.& 3.* vbi *n.5.* dicit quod ſtat reſtrictiue, & idem importat quod, prout.

3 Denotat modum, qui præſupponit eſſentiam, quæ ſine ſubſtantia ſtare non poteſt, poſt *Bart.& Grat.* notat *Octau.Vulp. de præpoſ.& aduerb.ſignificat.in dict.ſecundum, n.1.pag.106.*

4 Ponitur etiam aſſertiue, & demõſtratiue, ſicut dictio, prout. *cap.Abbate de verborum.ſignific. Octau.Vulp.d.loco. Card.Tuſch. practic.concl.tom.2.lit.D.concluſ. 370.n.1.* vbi *n.2.* declarat quod poſita poſt ſpeciem importat demonſtrationem, poſt genus vero reſtrictionem.

5 Relatiua eſt, & facit relationem eorum, quæ ſupra dicta ſunt, vt in *l.item quæritur,§.idem Iulianus, ff.locati,* notãt *Azeuedo d.l.1.n.50. Ceuall.commun.contra commun. q.828. nu.130.* Et importat, quod tota diſpoſitio, ad quam fit relatio expreſſa videatur, vt in *l.ſi teſtamentum, C.de inſtit. & ſubſtit. Oct.Vulp. d.loco, n.2.*

6 Non facit conditionem, vt per *Octauian.Vulpell. d.loco.verſic.& quid. Viu. tom. 2. commun.*

mun. opin. lib. 9. tit. 34. n. 63.

7 Dictio, ſecundum quod, inducit repetitionem qualitatũ, & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentẽ *Galganet. de condit. & demonſtr. p. 2. cap. 1. q. 18. n. 13.*

DICTIO CCCVIII.
Secus.

1 ADuerſatiue ponitur, & importat conditionem contrariã diſpoſitioni præcedenti, vt in *l. per ſeruum* §. *pen.* ff. *de acquir. rerum domin.* notãt *Bart. in l. 1. num. 11. ff. de condit. & demonſt. Surd. conſ. 437. n. 29. Oct. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignificat. in dict. ſecus, pag. 107. in fine*, vbi etiam quod interdum ponitur pro, iuxta, vt in *l. quidã Hyberus*, ff. *de ſeruit. vrban. prædiorum*.

DICTIO CCCIX.
Sed.

1 QVando ponitur ſine copula, &, aduerſatur præcedentibus in iure, & in facto, itaut diuerſum caſum, & diuerſum ius importet, vt in *l. ſed & ſi lege in princ. ff. de petit. hæred. & in l. patris, & filij, ff. de vulgari, & pupil.* vbi *gloſ. & in l. 1. in princip. & in l. 2.* §. *Offilius*, ff. *ne quis eum*. notant *Octauian. Vulpell. de præpoſition. & aduerb. ſignificat. in dict. ſed, pag.* 108. *Azeuedo ad l. 2. n. 229. tit. 13. lib. 8. nouæ recopill. Burgos, p. 1. l. 3. Tauri concl. 2. nu. 85. Gutier. practic. lib. 2. q. 35. n. 2. P. Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 22. nu. 18. Cened. practic. & canon. quæſt. ſing. 35. n. 1.*

2 Iuncta cum copula, &, denotat diuerſitatem facti, & identitatem iuris. *Octau. Vulpell. d. loco. P. Sanch. d. diſp. 22. nu. 18. Cened. d. ſing. 35. n. 1.* vbi *n. 2.* aſſerit quod aliquando etiam cum dicta copula denotat diuerſum ius & *nu. 3.* quod interdum non aduerſatur, per textum in *l. 2. in princip. verſ. ſed Seruius, ff. ad legem Rhodiam de iactu, & in l. qui ſe debere, ff. de condict. cauſa data*.

DICTIO CCCX.
Semper.

1 ESt vniuerſalis affirmatiua, vt per *Molinam de primog. lib. 1. cap. 5. n. 33. Tiraq. de retract. lig.* §. 1. *gloſ. 9. n. 221. Surd. conſ. 281. n. 21. Cened. practic. & canon. quæſt. ſing. 44. n. 1.*

2 Inclu-

2 Includit omne tempus, exponiturque pro omni tempore, & omni caſu; vt in *l.1. ff. ſoluto matrim.& in l.quia ſemper, ff.de in ius vocando*, & in *cap.1. de reſtit.in integrum*, notant *Octau. Vulpell.de prapoſit.& aduerb.ſignificat. in dict. ſemper, verſ.& qualificat, pag.109. Auendan.ad l.40.Tauri gloſ.15.n.1. Surd.deciſ.112.n.4.& deciſ.255.n.7.& conſ.281.num.20.& conſil.403. n.70. Gutier.practic.lib.3.q.66. n.25. Cardin.Tuſch.practic.concluſ. tom.2. lit.D.concl.371.n.1. Farin. in praxi crimin.p.1.lib.1. tit.5.q.39.n.101.& p.4.conſ.54. nu.5. Stephan.Gratian. Marchia deciſ.183.n.6. Cened.d.ſing.44. n.1. Accac.Anton.in commentar. ad l.Titio centum, n.105. ff.de condition.& demonſt. Rota Rom. apud Farin. deciſ.146.nu.19. in nouiſſ.* hodie eadem ſacra *Rota Rom. apud eund. deciſ.24. nu.14. tom.1.p.1.*

3 Non nunquam exponi ſolet pro perpetuò, & eſt nota perpetuitatis, vt in *l. ſemper in ciuitate, ff. de iure immunit. & in l.Gaio, §.Imperator, ff.de alim.& cibar. leg.* & in *l.1. ff. de iure dotium*, & in *l.fin. ff.ad legem Pompei. de parricid.* & in *l. quiſquis, §.filij, C.ad legem Iuliam maieſt.* & in *l. lex quæ tutores, §. ante omnia, C.de adminiſt. tutor.* notant *Octau.Vulp. d.loco ſtatim in princip. Menoch.conſ.106.n.63. & conſ.328.n.96. Azeued.ad l.6. n.31. tit.15. lib.4. nouæ recop. Io. Garc.de nobilit. gloſ.1. §.1.n.23. Gutier.d.q.66.n.25. Surd.d.conſ. 281.n.18. & 20. Mol. d.cap.5. n.33. Farin.d.p.1.q.29.num.70. Cened.d.ſing.44. n.1. Aloyſ.Ricc. in deciſ.curiæ Archiepiſc.Neapol. deciſ.287.n.8.p.2.* nouiſſime *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ. 231.n.4.tom.1.p.2.*

4 Interdum temporis continuationem denotat, & exponitur pro, quotidie, vel aſſiduè, vt in *l.1. §.perenne eſt, ff.de flumin.* notant *Surd. d. conſ.281. nu.19. Octau. Vulp. d.loco, verſ. & quod oſtendat. Farin.d.q.29. num.70. Cened.d.ſing.44. n.2. Aloyſ.Ricc. d. loco. Stephan.Gratian. diſcept. forenſ. tom.3. cap.597.nu.14. Io. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ.p.3.cap.4. n.109.* nouiſsime *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.445.n.3.tom.1.p.1.*

5 Quandoque accipitur pro, multoties, frequẽter, plerumque vt in *l.1. §.ſemper*, vbi *gloſ. eod. verbo, ff.vt legatorum*, & in *l.nam quem 149. ff.de verbor.ſignificat. l.fin. C. de teſtam. Farinac. d.*

quæſt.29. num.70.Cened.d.ſing. 44.num.1.

6 Aliquoties vſurpatur hoc eſt,in omni cōtractu,vt per *Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 4.num.1.*

7 Non differt aliquando à dictione,quandocumque,ex *Tiraq. de retract.conuent.*§.1.*gloſ.* 2.*n.*10. Contraria eſt tamen dictioni,nunquam,ex *Hippol. conſ.* 40. *n.*22. *vol.*1. Actumque ſucceſſiuum ſignificat, & futurum reſpicit. *Menoch.conſ.*38.*n.*43.

8 Capitur ſecūdum naturam clauſulæ in qua eſt poſita, & ſecundum ſubiectam materiam. *Octau. Vulp. d.loco verſ. & capitur*. Item reſtringitur ſecundum naturam actus cui adijcitur *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 41. *nu.*18. *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.*268.*n.*14.

9 Reſtringitur à lege ad 30. annos. *Surd. deciſ.*2. *n.*10. *Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.c.*2. *n.*1.*Ceual.commun.contra comm. q.*207.Hinc per hanc dictionem non tollitur regularis præſcriptio 30. annorum, ex *Tiraq.d. gloſ.*2.*n.*11. & *Cened.d.ſing.*44. *num.*4.

DICTIO CCCXI.
Sæpe.

1 VErificatur ad minimum in duobus, vt in *l.iuxta*, & in *l. liberorum*, ff.*de verbor.ſignif. & in Auth. de teſtib.*§.*quia vero collat.* 7. *& in cap. conſideres, de pœnit.diſt.*5.

2 Dictio, ſæpius, tres requirit actus, vt in *l.veluti*, §.*fin.ff.de edendo.* & in *l. ſeruos*, C.*de vi publica.* Ab homine vero prolata duabus vicibus contenta eſt, aliquoties tamen prolata à lege ſignificat numerum infinitum, ita *Octau. Vulpell.de præpoſit. & aduerb.ſignif. in dictione ſæpius, n.*1.*pag.*110.

3 Dictio, ſæpiſſime, requirit ſaltem numerum trium actuum. tex.vbi*gloſ.in cap.ſi quis erga* 10. *q.*7. & in *l. vbi actum in princip. ff.de verbor. obligat.* notant *Oct. Vulp.d.loco*.

4 Arbitrio iudicis relinquitur, quot actus denotent iſtæ dictiones, vt per *Rebuff. in comment.ad l.ſæpe* 53. *verſ.colligite, ff.de verbor.ſignific.pag.*270.*D. Marta de iuriſdict. p.*2. *cap.*23. *n.*17. Denotant regulam eſſe in contrarium & exceptionem proprie ſignificant: quod enim ſæpe fieri

fieri dicitur, non ſemper fit. *l. ſæpe*, ff. *de officio præſidis*. Et in dictione, ſæpe numero, idem probat tex. in *l. ſi in diem*, §. *fin*. ff. *de condit. & demonſtr.*

DICTIO CCCXII.
Seu.

1 PRopria vis, & ſignificatio huius dictionis eſt, vt diſiunctim accipiatur; per l. 1. §. *ſublata*, ff. *ad Trebel. & l. ſi quis ita legauerit*, ff. *de aur. & arg. leg. & l. generali*, vbi *Bart. C. de ſacroſ. eccleſ.* notant *Cened. pract. & canonic. quæſt. ſing.* 15. *n.* 1. *Octau. Vupell. de præpoſit. & aduerb. ſignific. in dictione ſeu ſtatim in princ. pag.* 111. vbi cum *Curt. iuniori in l. precibus*, *n.* 47. C. *de impuber. & alijs*, dicit quod hæc dictio diſiungit verba, ſed ſenſum coniungit, & habet vim copulæ. Natura enim ſua cadit inter diuerſa. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 48. *nu.* 17. Et licet ponatur inter diuerſa, arguit tamen ſimilitudinem, & cõformitatem. *Cardin. Seraphin. deciſ.* 393. *n.* 8.

2 In legatis vero, & vltimis diſpoſitionibus ſemper ponitur ampliatiue & augmentatiue; & copulat potius, quam diſiungit, vt probat tex. in *d. l. ſi quis ita legauerit*, & notant *Cou. lib. 2. var. cap.* 5. *n.* 10. *ad medium*; *Cott. in memorab. verbo ſeu*, *pag.* 760. *Octau. Vulpell. d. loco n.* 7. *Ludou. Gom. in* §. *ſed iſtæ*, *n.* 38. *inſtit. de action. Caualc. de vſufructu mulieri relicto*, *cap.* 9. *n.* 48. *Cened. d. ſing.* 15. *n.* 3. vbi *n.* 8. dicit quod quando ponitur inter genus & ſpeciem, inter totum & partem ſubiectiuam, ſeu prædicamentalem, vim habet coniunctiuæ, ſeu copulatiuæ, & ibi etiam cum *Lambert. de iure patron. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 7. *art.* 28. *num.* 8. aſſerit quod quando ponitur inter res, ſtat copulatiue; quando vero inter perſonas, ſtat diſiunctiue.

3 Aliquãdo ponitur ampliatiue, vt in *cap. nullus de tempor. ordin. lib.* 6. notant *Brunor. à Sole in locis commun. verbo dictio*, *nu.* 28. *Bertazol. de clauſ. inſtrument. clauſul.* 26. *gloſ.* 6. *n.* 7. *Bernard. Muſcatel. de cognit. & probat. delictorum in proœm. n.* 11. *Cardin. Tuſch. practic. concl. tom.* 2 *lit. D. concl.* 372. *n.* 16. Interdum correctiuè, vt in *cap.* 1. *de ſtatu regular. lib.* 6. Nonnumquam expoſitiue, vt in *cap. licet in princip. de elect.* & in *cap. bonæ, il* 1. & ibi *gloſ.* 1. *de poſtulat. prælator.* notat Cardin. Seraphin. *Rotæ Romanæ deciſ.* 393. *num.* 9. *Octa-*

uian.Vulpell.d.loco, num.7.verſ. & id.

4 Dictio hæc, & dictio, ſiue, eandem vim & ſignificationem habent, vt per *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.42.n.1. Card. Tuſch. d.concluſ.372.n.26.* Differunt tamen à dictione, vel; quia hæc diſiungit verba & mentem; illæ vero verba, ſed non mentem. *Card. Tuſch. d.concl.372.n.3.*

DICTIO CCCXIII. Si.

1 Regulariter denotat conditionem, vt in *l.1. vbi Doct. ff. de condit. & demonſtr. l.quibus diebus, § quidam Titio, ff.eod. tit.l.1.§.ſi quis, ff.de verb. oblig.* notant *Octau.Vulpell.de præpoſ.ſeu aduerb. ſignif.in dict. ſi, pag.*113. vbi citat plures claſſicos. *Menoch. conſ.15. n.14.& de præſumpt. lib.4.q.21.n.27.& q.34.n.24.& q.183.n.53.Card. Mantic. de coniecturis vltimar. volunt. lib.10. tit.5. nu.4. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.17. n.3. Vincent. de Franch. Neapol. deciſ.231. num.2. Ioſeph. de Seſſè Aragon. deciſ.131. num.11. Surd. conſ.381. nu.11. Rota Bonon. diuerſor. deciſ.34. nu.31. Farin. in praxi crimin. p.1. q.46. n.3. Ferrer. in conſtitut. Cathalon. gloſ.5. nu.133. & 190. Cardin. Tuſch. pract. concl. tom.2. lit.D. concluſ. 373. n.2.& 3.* Aliquando vero importat potius monitionem, quam conditionem *Ioſeph. de Seſſè deciſ.31.n.7.* Quando enim à lege ponitur, non denotat conditionē, ſi abſonus ſequatur intellectus, ſed facti contingentiam, ex *Octau. Vulp. d. loco.*

2 Ponitur pro, quia, vt ſi preces veritate nitantur; id eſt, quia preces, &c. *l.commodiſſime, vbi Caſtr. n.5. ff. de liber. & poſth. Vital. de Cambanis in tract. clauſular. pag.20. col.1. n.1. Oct. Vulp. d. loco, n.1. in fine.*

3 Facit aliquando rem dubiam, vt per *Menoch. de præſumpt. lib.6. q.28. n.4.*

4 Dictio, ſi autem, eſt aduerſatiua, quæ continet repetitionem præcedentium, niſi coniectura ſit, quod repetitionem faciat de omnibus, ſed de aliquibus, vt per *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.2. lit.D. concluſ.240. num.10*

5 Dictio, ſi vero, eſt aduerſatiua ad ius & ad factum, vt per *Gutier. in l.nemo poteſt, nu.268. ff. de legat.1. Card. Tuſch. d.concl. 240. à n.1. Ferrer in conſtit. Cathalon. gloſ.3. n.50.*

DICTIO CCCXIV.
Sic.

1 EST continuatiua, & repetitiua formæ, & qualitatis præcedentis vocationis; & ſignificat idem, quod, ſicut. *Ioa. Garci. de nobilit. in diuiſione, nu.* 51. *Gutier. Pract. lib.* 3. *q.* 19. *nu.* 23. nouiſſime *Sacra Rota Romana, apud Farin. deciſ.* 455. *nu.* 10. *tom.* 1. *p.* 1.

2 Limitatiua eſt habens relationem ad præcedentia, & ad ea conceſſionem reſtringens. *Grat. conſ.* 106. *nu.* 52. *lib.* 2. *Octauian. Vulpell. de præpoſition. ſeu aduerb. ſignificat. in dictione ſic ſtatim, in princ. pag.* 113. vbi etiam cum *Ruin. conſ.* 184. *num.* 6. *in* 2. dicit quod cum copula, &, ſtat illatiue ad præcedentia, & eſt demonſtratiua ad oculum quo ad formam, & modum faciendi, per *l. gallus, §. ille caſus, ff. de liber. & poſth.*

DICTIO CCCXV.
Sicut.

1 INducit omnimodam ſimilitudinem, & identitatem, vt in *l. ſi quis obrepſerit, ff. de falſis, & in cap. olim, de verbor. ſign. & in cap. cum in eccleſia, de præbend. lib.* 6. notant *Octauian. Vulpell. de præpoſition. & aduerb. ſignific. ſub dictione ſic, verſ. ſicut, pag.* 114. *Tiraq. de iure primog. q.* 40. *nu.* 30. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo dictio, nu.* 29. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 374. *à nu.* 3.

2 Denotat formam, modum, & diſpoſitionem limitatiuam, & relatiuam, vt per *Azeu. ad l.* 1. *nu.* 50. *tit.* 1. *lib.* 6. *nouæ Recopil.*

3 Facit repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem, vt per *Galganet. de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 18. *nu.* 13.

DICTIO CCCXVI.
Similiter.

1 OStendit ſimilitudinem facti, & modi ad præcedẽtia, & denotat æqualitatem quandam. notant *Menoch. conſ.* 124. *num.* 60. *Honded. conſ.* 4. *nu.* 83. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 303. *nu.* 34. *Octauian. Vulpell. de præpoſition. & aduerb. ſignificat. in dictione ſimiliter, pag.* 114. *Anton. Monach. Florent. deciſ.* 46. *num.* 5. *& deciſ.* 47. *nu.* 13.

2 Eſt repetitiua. *Surd. dec.* 88. *nu.*

nu. 15. Et inducit diſpoſitionem ſimilem præcedenti. *Cardin. Seraphin. Rota Roman. deciſ.* 1384. *num.* 1.

3 Similitudo teſte *Boet. ſuper Topica Tullij, lib.* 4. quem refert *Ioan. Andr. in cap. non poteſt, de prebend. lib. 6.* eſt rerum ſingularium, vel differentium comparatio, & ſecundum *Bald.* eſt in diuerſis rebus eadem, vel ſimilis qualitas: Et ſimile dicitur, quod in aliquo habet differentiam, ſed in pluribus habet cõuenientiam, vt ex *Bald.* refert *Bertazol. de clauſul. inſtrum. clauſ.* 4. *gloſ.* 23. *num.* 2. Nullum enim ſimile eſt idem. *Bertazol. clauſ.* 27. *gloſ.* 12. *ſub nu.* 1. & dictio, ſimilis, eſt demonſtratiua. *Surd. conſil.* 460. *num.* 76.

DICTIO CCCXVII.
Simpliciter.

1 EX eius ethymologia ſignificat, ideſt, ſine plica, & duplicatione. *gloſ. verbo ſimpliciter in clem. ſæpe de verb. ſignificat. Octau. Vulpell. de præpoſition. & aduerb. ſignificat. in dictione ſimpliciter, pag.* 115. Et eſt repetitiua. *Surd. deciſ.* 88. *num.* 15.

2 Simpliciter, & non qualificatè poſitionibus eſt reſpondendum, vt per *Menoch. de arbitr. caſu* 251. *à princip. Galgan. de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 73. *num.* 6. *Amator Roderic. in pract. cap.* 7. *nu.* 65. Dicitur ſimpliciter poſitionibus reſponderi, quando reſpõdetur ad litteram, prout iacet poſitio. ita *Iaſ.* & moderniores *in l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter, num.* 8. ff. *de verbor. obligat. Octauian. Vulpel. d. loco nu.* 1.

DICTIO CCCXVIII.
Simul.

1 DEnotat congregationẽ, & connexitatem, vt in *cap.* 1. *de conſuetudine lib.* 6. Et habet vim coniunctiuæ, ſeu copulæ. *in rub. de iuris, & facti ignorantia.* Et eius natura eſt vnire, quæ ſequuntur cum præcedentibus. *l. fin. cum gloſ.* ff. *ad leg. Aquil.* notant *Cephal. conſ.* 365. *nu.* 7. *lib.* 3. *Octauian. Vulpell. de præpoſition, ſeu aduerb. ſignificat. in dictione ſimul pag.* 116. Plures phraſes, & ſignificationes huius dictionis vi debis apud *Rebuſ. in comment. ad l. reſtituere* 35. *verſ. ſimul,* ff. *de verbor. ſignificat. pag.* 201.

DI-

DICTIO CCCXIX.
Sin autem.

1 Eſt alternatiua, vt in *l. prætor edixit*, §. *quod autem*, ff. *de iniur. & in l.2.* §.2. ff. *de eo, quod certo loco*. notant *Menoch.conſ.122.nu.1. cum ſeq. Octauian.Vulpell. de præpoſition. ſeu aduerb.ſignificat.ſub dictione ſimul verſ. ſin autem*, *pag.* 116. *colum.*2.

2 Eſt aduerſatiua,& qualitates præcedentes repetit. *Rota Roman.apud Farinac.deciſ.*501. *nu.*2.*in nouiſs. Octauian.Vulpell. d. loco*. vbi etiam, quod ſub ea aduerſatiue diſpoſitum non procedit, ſi habeat locum id, quod diſpoſitum eſt in præcedenti diſpoſitione,per tex. in *l.ſi ita ſcriptum*, & ibi *Bart.* ff. *de liber. & poſth. & in l. in repetendis*, ff.*de legat.*3.

DICTIO CCCXX.
Sine.

1 Priuat, negat, & excludit, vt in *l.creditores*, ff. *de verbor.ſignific. & in l. actor*, C. *de probat.* notant *Rebuff. in comment. ad l.ager* 27. *verſ. ſine*, ff. *de verbor.ſignificat.pag.*156.*Cened.pract. & canon. quæſt.ſing.* 100. *num.*5. Sine filijs importat conditionem, vt per *Card.Tuſch. tom.*2.*lit.D.concl.*377.

DICTIO CCCXXI.
Singulis.

1 Attribuit actum cuilibet inſolidum. *Surd. deciſ.* 268.*nu.*5.

2 Importat diuiſionem, & diſiunctionem,vt tenet *Bertazol. de clauſul.inſtrum.clauſ.*4.*gloſ.*3. *ſub nu.* 1.

3 Singulis annis,ſi ſit facienda ſolutio, debet fieri in principio anni,vt tenet *gloſ.in l.*1.*verbo annuos*,C.*quando dies legatorum cedat.*reſoluit *Bertazol.clauſul.*41.*gloſ.*3.*nu.*3.

DICTIO CCCXXII.
Si quis.

1 Intelligitur de perſonis, nō autem de collegijs, ſeu vniuerſitatibus, vt per *Bertazol. in repet.l.ſi quis maior*,C.*de tranſact. nu.*144. 151.154. & 173. *Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*37. *num.*15.

2 Comprehendit maſculinū, & fœmininum. *Bertazol.in repet. d.l.ſi quis maior à nu.*73. & *præcipue*,

cipue, num. 102. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 89. *nu.* 48. Et perſonam veram non fictam comprehendit, ex *Bertazol. d. loco, num.* 145.

3 Diſtributiue omnes terminos comprehendit, vt in *l. qui filiabus*, §. 1. ff. *de legat.* 1. *& in l. ſi neceſſaria*, §. *ſi annua*, ff. *de pignorat. act.* notat *Tiraq. in l. ſi vnquam verbo omnia*, *nu.* 40. *in fin. C. de reuocandis donat.*

DICTIO CCCXXIII. Sit.

1 VErbum hoc eſt canonatæ ſententiæ, vt tenent *Tiraq. in l. ſi vnquam verbo, reuertatur, nu.* 180. C. *de reuocandis donat. Azeu. ad l.* 11. *num.* 9. *tit.* 10. *lib.* 5. *nouæ recopil. Gutier. pract. lib.* 2. *q.* 118. *nu.* 11. *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 230. *nu.* 18. *Ioſeph. Aldrete in allegat. pro omnimoda Regularium exempt. p.* 1. *cap.* 5. *nu.* 1. *Carbon. de legibus, lib.* 8. *diſp.* 6. *verſ. ſeptima regula, optime Mone. a de diſtribut: quotid. p.* 3. *q.* 7. *nu.* 31.

2 Denotat executionem, iuxta reſoluta per citatos ab *Azeu. ad l.* 15. *nu.* 46. *tit.* 4. *lib.* 4. *nouæ recopil.* qui alios effectus huius verbi adducunt.

DICTIO CCCXXIV. Siue.

1 NOn ſtat diſiunctiue, ſed ampliatiue, vt in *l. ſi quis ita*, ff. *de aur. & arg. legat.* notant *Rebuff. in tract. nominat. q.* 14. *nu.* 44. *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 42. *num.* 3. *&* 4. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 373. *nu.* 16. Nam naturæ ſuæ eſt potius ampliare, quam diſtinguere *l. cum quis decedens*, §. *fin.* ff. *de legat.* 3 *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 275. *nu.* 4. *in nouiſs.*

2 Deinde ita alternatiuam inducit, ſicut dictio, aut, vt per *Caualc. de vſufructu mulieri relicto, cap.* 9. *nu.* 48. *in fine*, quem refert *Cened. d. ſing.* 42. *nu.* 2. Et tunc regulariter diſiungit verba, non ſenſum, & per *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 82. *num.* 15. *Octauian. Vulpell. de præpoſition. & aduerb. ſignificat. ſub dictione ſimul, verſ. ſiue, pag.* 116. *Card. Tuſch. d. concl.* 372. *nu.* 20. Poſita tamen inter eadem non facit diuerſitatem, vt deciſum extat in *Sacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.* 570. *nu.* 3.

3 Denotat aliquando ordinem ſucceſſiuum, vt in *l. cum pater,*

ter,§.*pen*.ff.*de legat*.2.*& in l.hæredes mei*,§.*peñ*.ff.*ad Trebel*.notant *Ruin.conſ*.149.*nu*.13.*lib*.2. *Octauian.Vulpell.d.loco*.

DICTIO CCCXXV. Solitus.

1 SOlitum dicitur quod pluries obſeruatum eſt, vt in *l.paucorum*,*inſtit.de rerum diuiſ.* & in *l.lege*,*in* §.*igitur*, ff.*de verb. ſignific. & in l.ſi quis donaturus*, ff.*de vſufr. & in l.ſolet*, ff. *de ferÿs*,ità *Barthol.Perett. in comm. ad extrau.ambitioſæ de rebus eccleſiæ non alien.ſuper verbis*, *ac de rebus*, *& bonis à num*. 37. *pag*. 197.

2 Verificari poteſt etiam in vna vice, & in vno actu ſecundum ſubiectam materiam, vt in *l.mela ait*, §.*ſed ſi alimenta*, ff. *de alim. & cibar. legat*. notant *Kirchou.to*.2.*commun.opin.lib*.9. *tit*.34.*nu*.359.*Bertazol.de clauſul.inſtrum. clauſul*.21.*gloſ*.12. *nu*.1. vbi *nu*.2. dicit, quod ſolitus aliquid facere, vt quis dicatur, plures actus exiguntur, nec vnus ſufficit.

3 Vt res dicantur ſolitæ concedi in emphyteuſim, requiritur quod bis ſaltem fuerint conceſſæ ſpatio quadraginta annorum, ita *Barthol.Perett. d.loco*, *nu*.40. *Clar*.§.*feudum*,*q*.13.*n*.4.*Afflict. deciſ*.305.*num*.10. *Balb. de præſcript.p*.1.5.*princip.q*.20. *Caualcan.deciſ*.30.*nu*.8.*& deciſ*.31.*à num*.56. *&* 93. *Gam.deciſ*.342. *num*.4.*Camill.Borrell. in ſumma deciſ.tit*.33.*nu*.136.

DICTIO CCCXXVI. Soluere.

1 VErbum hoc exigit veram pretij ſolutionem, & excludit confeſſionem, depoſitum, ſeu conſignationem, vt per *Cald.Pereira*, *de extinct.emphyt.cap*.16.*nu*.92.vbi etiam aſſerit,quod videtur compenſationem remouere,& pignorum oblationem, vt neque fideiuſſores præſtare ſufficiat.

DICTIO CCCXXVII. Solum.

1 ESt taxatiua, vt notant *Caſſan.in conſuetud.Burgund.rub*.4.§.1.*verbo*,*ſeule mēt*, *nu*.1.*Octauian.Valpell. de prępoſition. & aduerb. ſignific. ſub dictione ſimul*, *verſ.ſolum*,*pag*.116. *col*.2. *in fine*. *Rebuff.in tract.nominat.q*.14.*num*.20. *Surd.conſ*. 403.*nu*.62. *Azeu. ad l*.2.*num*.1.

tit.

*tit.*13.*lib.*8.*nou.recopil. Stephan. Grat. Marchiæ deciſ.*78.*nu.*28.

2 Excludit perſonam hæredis, vt per *l.non ſolum*, §.*tale*, ff. *de liberat.legat.* notat *Surd. dict. conſ.*403.*n.*62. Ac excludit omnem aliam perſonam, vt deciſum eſt nouiſſime *in Sacra Rota Romana apud Farin. deciſ.* 426. *nu.*5.*tom.*1.*p.*2.

3 Poſita ratione frequentioris vſus non excludit caſus ſimiles, vt per *Stephan.Grat. diſcept. forenſ.cap.*121.*nu.*20. vbi etiam aſſerit quod non reſtringit diſpoſitionem.

5 Quando adiungitur diſpoſitioni affirmatiuæ, habet implicitam negatiuam, vt per *Azeu. d.l.*2. *nu.*2. *Eſcobar. de ratiocin. cap.*7.*nu.*44.

DICTIO CCCXXVIII. Solummodo.

1 A Diecta poteſtati aliquid faciendi ſolummodo in certas perſonas, veluti relinquēdo bona ſolummodo illis de familia, eſt excluſiua aliorum, qui non ſunt de familia, vt per *Card. Tuſch.pract.concluſ.tom.*2.*lit.D. concl.*379. Alia vide in dictione, ſolum; & dictione, tantum.

DICTIO CCCXXIX. Solus.

1 OMnes alios excludit, vt per *Card.Seraph.deciſ.* 820.*nu.*6. nouiſſime *Rota Rom. apud Farinac.deciſ.*426. *num.*5. *tom.*1.*p.*2.

DICTIO CCCXXX. Specialiter.

1 AEquipollet dictioni, expreſſe, vt in *l.ſi quando*, §.*generaliter*, C.*de inoffic.teſtam. & in l. fin.* vbi *gloſ.* C.*de negot.geſt. & in l. fin.* vbi etiam *gloſ. verbo ſpecialiter*, C. *quod cum eo. gloſ. in l.* 1. *in verbo ſpecialiter*, ff.*de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* notant *Pariſ.conſ.*45. *nu.*9.*lib.*3.*Octau.Vulpell.de præpoſition.& aduerb.ſignificat.ſub dictione ſimul*, *verſ.ſpecialiter*, *pag.*117. *Ceual. commun. contra commun.q.*780. *nu.* 240. Et plus eſt, quid ſpecialiter fieri, quam generaliter. *cap.*2. vbi *gloſ.* 2. *de officio ordin.& cap. quanquam* 30.*diſt.* notat *Octauian.Vulpell. d.loco*.

DICTIO CCCXXXI.
Spolietur.

1 VErbum hoc quia ſonat in merum factum, & iuris executionem, ſignificat, & declarat latam iam eſſe ſententiam, vt per *Tiraq. in l. ſi vnquã, verbo, reuertatur nu.* 167. *C. de reuocand. donat.* vbi *nu.* 168. aſſerit, quod non exigit ordinẽ iuris.

DICTIO CCCXXXII.
Sponte.

1 APud Grammaticos accipitur pro motu proprio, vt ſic illud dicatur factum ſponte, quod nullius petitione, vel inſtantia factum ſit. Tamen aliter ſecũdum legiſtas accipitur, quia etiam is ſponte aliquid facere cenſetur, qui ad inſtantiam, vel requiſitionem alterius id facit, vt probatur in *l.* 2. vbi *Dec. notab.* 2. *C. de pact.* tenet *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 11. *gloſ.* 1. *num.* 1.

2 Arguit puram libertatem, non autem cauſam vrgentem, vt per *Surd. conſ.* 361. *num.* 17. quia ſponte aliquis actum facere non cenſetur, qui alicuius cogente imperio facit, vt probatur in *l. ſi quis maior*, vbi *Alciat. ſuper verbo nullo cogente imperio*, *C. de tranſact.* vbi etiam *Bertazol. in repet. nu.* 305.

3 Excludit exceptionem metus, vt in *Auth. Sacramenta puberum*, vbi moderniores, & *gloſ. in corpore vnde ſumitur*, *C. ſi aduerſus vendit. Marant. diſp.* 10. *nu.* 10. *Octau. Vulpell. de præpoſition. & aduerb. ſignificat. ſub dictione, ſimul, verſ. ſponte, pag.* 117. *Bertazol. d. clauſ.* 1. *in fine, Card. Seraph. Rotæ Rom. deciſ.* 224. *nu.* 3.

DICTIO CCCXXXIII.
Statim.

1 NVllam dilationem admittit, & regulariter intelligitur, ſine temporis interuallo, vt in *l. ſi finita*, §. *non autem ſtatim*, ff. *de damno infecto. l. cum quidam*, ff. *de legat.* 2. notant *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, nu.* 120. *C. de reuocand. donat. Surd. deciſ.* 57. *nu.* 9. & *deciſ.* 211. *nu.* 32. & *conſ.* 437. *nu.* 31. *Nicol. Garc. de benef. p.* 2. *cap.* 5. *nu.* 85. *Steph. Grat. diſcept. forenſ. cap.* 41. *num.* 10. *Aloyſ. Ricci. in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapol. par.* 2. *deciſ.* 288. *num.* 5. vbi *num.* 6. aſſerit, quod denotat celeritatem: quod etiam tenet in *praxi rer. for. eccleſ. dec.* 308. *n.* 2.

2 Nonnunquã accipitur pro, protinus, vt in *l.diuortio*, vbi *gloſ. verbo ſi non protinus*, ff. *de negot. geſt. & in* §. *idem iuris, verſ. nec inpendenti*, vbi *gloſ. verbo protinus, inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Interdum ſignificat vnum mẽſem, vt per *Surd.conſ.* 550. *nu.* 6.

3 Intelligitur cum temperamento ſecundum materiam ſubiectam, vt in *l.quod dicimus*, ff. *de ſolut. & in l.fin.* C. *de iudicijs, gloſ. verbo ſtatim, in cap.quicunque* 77. *diſt. Tiraq. d. verbo reuertatur, num.* 109. *cum ſeq. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 9. *nu.* 4. *Farinac. in praxi crimin. p.* 4. *deciſ.* 10. *nu.* 12. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 1. *in annotat. nu.* 217. *Stephan. Gratian. d. cap.* 41. *num.* 12.

4 Significat, ſummarie, vt per *Intrigliol. Siciliæ deciſ.* 44. *n.* 10. Non excludit tamen appellationem, vt tenet *Gonzal. d.* §. 1. *in annotat. n.* 217. quẽ refert *Steph. Grat. d. cap.* 41. *nu.* 12.

5 Eſt ſignificatiua latæ ſententiæ, & denotat, ipſo iure, vt in *l.commiſſa*, vbi *gloſ. verbo ſtatim*, ff. *de public. & vectig.* & in §. 1. *verbo ſtatim Inſt. Guib. non eſt permiſ. facere teſtam. Tiraq. d. verbo reuertatur, nu.* 116. *Octau. Vulpell. de præpoſition. & aduerb. ſignificat. ſub dictione ſimul, verſ. ſtatim, pag.* 117. *Surd. deciſ.* 211. *nu.* 32. *Sayr. in claui regia, lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 27. *Ioan. Petr. Monet. de diſtribut. quotid. p.* 3. *quæſt.* 7. *nu.* 36. & 37.

DICTIO CCCXXXIV. Statuimus.

1 Verbum hoc eſt iuris noui inductiuum, vt in *cap. paſtoralis de iudicis, & in cap.* 1. *de officio deleg. lib.* 6. *& in clem. fin.* vbi *gloſ. verbo ſtatuimus de reſcriptis*. notant *Rebuff. in concord. rub. de collat.* §. 1. *litt. A. Nicol. Garc. de beneſ. p.* 3. *cap.* 1. *nu.* 9. *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 510. *nu.* 4.

DICTIO CCCXXXV. Sub.

1 De vi & effectibus huius dictionis vide *Octau. Vulp. de præpoſitionum, & aduerb. ſignific. in dict. ſub pag.* 117. *Rebuff. in comment. ad l. ad edictum,* 10. *verſ. ſub* ff. *de verbor. ſignific. pag.* 72. *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 340.

2 Ponitur aliquando pro, coram, vt in *l.Manichæos*, C. *de hæretic. & in l.generaliter*, C. *de rebus*

bus creditis. Octau. Vulp. d. loco. Multoties accipitur pro, cum, in, ſubtus, ſub poteſtate, vt in *l. 3. ff. de in litem iurando*, & in *l. 3. in fine*, ff. *de eo quod certo loco.* & in *l. pronunciatio*, §. 1. ff. *de verbor. ſignificat.* Interdum reſpicit tempus; & exponi ſolet pro, circa; & accuſatiuo frequenter adiungitur, vt in *l. Aediles*, 2. §. *ſed non tantum*, ff. *de Aedilit. edict.* & in *l quæ tamen*; ff. *de donat. inter virum & vxorem.*

DICTIO CCCXXXVI.
Subiaceo.

1 HOc verbum in futuro tẽpore denotat latam ſententiam, vt per *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, num.* 148. *C. de reuocandis donat. Sayr. in claui regia lib. 3. cap. 8. n. 21. verſ. fallit autem.*

DICTIO CCCXXXVII.
Subito.

1 DEnotat latam ſententiã, nec neceſſaria eſt vlla iudicis ad executionem pœnæ, vt per *Sayr. in claui regia lib. 3. cap. 8. n. 27.* & faciunt quæ *Moneta de diſtribut. quotid. p. 3. q. 7. n. 35. 36. & ſeq.*

DICTIO CCCXXXVIII.
Subſequenter.

1 IMportat immediate & incontinenti, vt per *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl.* 381.

DICTIO CCCXXXIX.
Succedat.

1 HOc verbum ita prolatũ intelligitur, ab inteſtato, vt in *l. 3. §. de illo, ff. pro ſocio. Surd. conſ.* 81. *n.* 1. *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 3. nu.* 32. Et eſt commune non directum. *Ceual. deciſ.* 20. *n.* 14. *p.* 3. *Surd. d. conſ.* 81. *n.* 5. *&* 6. *Franciſ. Molin. d. q. 3. n.* 24. Adiectum vero vniuerſitati bonorum, vel quotæ, importat titulum hæreditatium, ſecus ſi adiũctum ſit rei particulari. *Franciſc. Molin. d. q. 3. n. 33. & 34.*

DICTIO CCCXL.
Sum.

1 EST verbum ſubſtantiuum, & de præſenti effectiuũ, vt in *l. his verbis in princip. ff. de hæred. inſtit.* notant *Gutier. practic. lib. 2. q.* 118. *n.* 10.

2 Impor-

2 Importat ſubſtantiam, vt per *Azeu. ad l.*1.*n.*10.*tit.*16.*& ad Rub. tit.*19.*n.*70.*lib.*8.*noua recopil. Io.Garc.de nobilit.gloſ.*1.*nu.*38.*Gutier.pract.lib.*3.*q.*17.*num.*116.

3 Denotat dominium, vt in *d.l.his verbis.* tenet *Parlad.lib.*2.*rer. quotid. cap.*5.*n.*15. Proprietatem & eſſentiam, ex *Ceuall. commun. contra commun. tom.*4.*q.*906.*n.*25.

4 Veritatem denotat, vt in *l.ſi maritus*, §.*legis Iuliæ*, ff. *ad leg.Iul.de adulter.* notant *Rebuff. in comment. ad leg. recte dicimus* 25.*verſ.ſecundo, ff.de verbor.ſignif.Gutier.in repetit.* §.*ſui,n.*15.*inſtit.de hæredum qual.& differ.*

DICTIO CCCXLI. Super.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis. vide *Tiraq. de retract.lig.*§.1. *gloſ.*11.*n.*78. *Octau.Vulp.de præpoſ.& aduerb. ſignif.in dictione ſuper, pag.*120. *Rebuff. in comment. ad l.appellatione parentis.*51.*verſ.ſuper ff.de verbor.ſignificat.pag.*268.*Card. Tuſch.pract.concluſ.tom.*2.*lit.D. concl.*383.

2 Non denotat contingentiam temporis: vt ſi exigatur iuramentum ſuper contractu, quod ante, vel poſt præſtari poſſit tradunt omnes poſt *gloſ.in auth.ſacramenta puberum,* C.*ſi aduerſus venditionem,* teſte *Bertazol. de clauſul.inſtrum.clauſul.*26.*gloſ.*5.*n.*1.*in fine*.

3 Significat acceſſionem, & ipſam rei, quæ geritur, ſubſtantiam, ex eodem *Bertazol.d.loco, n.*2. vbi *n.*3. dicit quod aliquando importat rei obligationem.

4 Prolata ab homine ſignificat ius in re cui adijcitur; & hypothecam inducit, vt in *l.codicillis*, §.*inſtituto, ff.de legat.*2. notant *Rebuff. d.loco Brunor. à Sole in locis comm.verbo dictio, n.*30. *Surd. conſ.*330.*n.*30. *Flamin.de reſignat.tom.*1.*lib.*6.*q.*2.*n.*96.

5 Appoſita alicui ſolutioni, vel debito ſuper certo corpore, operatur quod illud corpus dicatur hypothecatum, vt per *Card. Tuſch.d.concl.*383.

6 Aliquando exponitur pro, vltra, *Ruin.conſ.*94.*lib.*4. quem citat *Octau.Vulpell.d.loco*. Nonnunquam ſignificat idem quod, prout. *l.*1.*ff de tutel.l.ſæpe, ff.de verbor. ſignific.* §.*tutores inſtit. de tutel.*§.*certe inſtit.qui teſtam. tutores dari poſſunt*. Interdum ſumitur pro, præter, vt in *l.pen. ff.de peric.& commod.rei vendit.*

Quan-

Quandoque accipitur pro, vltra, amplius, vt in *l.diuortio*, §.*quod in anno*, *ff.ſoluto matrim.* Dicimus, ſuper rebus, ideſt, de rebus, vt in *l. à Diuo Pio*, §.*ſi ſuper rebus iuncto, verſ.ſed & illud, ff.de re iud.* & in *l.3.in fin.ff.de teſtib.* Illa tamen differentia, quod dictio, de, ſignificat deciſionem, & dictio, ſuper, acceſſionem, ex *Bertaz.d.loco, n.2.*

DICTIO CCCXLII.
Supra.

1 SVpra, & ſuper, videntur ſynonimæ dictiones, & eiuſdem ſignificationis, tam apud latinos, quam apud legiſtas, vt per *Tiraq.de retract.lig.* §.1.*gloſ.*11.*n.*77.*&* 78.*Bertaz. de clauſul. inſtrum. clauſul.* 26. *gloſ.*5.*in princip.* licet *Laurentius Valla lib.* 2.*elegantiar. cap.*91. relatus à *Iaſ. in Auth.ſacramenta puberum col.6.verſ.cōtrarium dicitur*, C.*ſi aduerſus vendit.* velit eas differre: quia dictio, ſuper, contiguitatem, ſeu contingētiam aliquam importat: ſupra vero interuallum, & diſtantiam: vt ſedeo ſuper lapidem; auis vel nebula eſt ſuper nos: quæ differentia videtur confundi ex tex. in *l.3.* §.*item videamus ſi proiectū.* & §.*ſed ſi ſupra eas ædes*, *ff.vti poſſidetis.* & in *l. quēmadmodum*, §.1.*ff.ad leg. Aquil.* vbi dictio ſupra, ſtat contigue, & denotat contiguitatem, & non interuallum; & ſe habet tanquam ſuperficies ad aream; & videtur idem probari *in l.peregre in princip. de acquir.poſſeſſ.*

2 Hæc dictio, ſupra, ſtat relatiue, & repetit omnes qualitates, vt per *Bart. in l.1.* §.*hoc edicto, ff.de poſtulando. Octau.Vulp. de præpoſit.& aduerb. ſignificat. in dictione ſupra*, *n.*1. *Surd.conſ.* 567.*n.*2.*Galgan.de condit.& demonſtrat.p.*2.*cap.*1.*q.*18.*nu.*7. Et refert omnia de quibus ſupra facta eſt mentio, vt per *Cardin. Tuſch.pract. concl. tom.*2.*lit.D. concl.*384.*n.*1.

3 Item includit hæc dictio, vt notant *Menoch. de præſumpt.lib.* 4.*q.*145.*nu.*5.*Cardin.Tuſch.d. tom.*2.*lit.D.concl.*290.*n.*2.

4 Dictio, ſupra dictus, ſtat repetitiue, ac relatiue ad omnia quæ ſupra dicta fuerunt, vt tenent *Veralli. Romana deciſ.* 42. *n.*2.*p.*2. *Flamin.de reſignat.to.*2. *lib.*11.*q.*11.*n.*23.

5 Dictio, ſupra ſcriptus, eſt repetitiua, & relatiua præcedentium. *Menoch. conſ.*160.*nu.*33. *Maſc. de prob.concl.*1265.*n.*34.

DI-

DICTIO CCCXLIII. Suſpendatur.

1 HOc verbum eſt futuri optatiui modi reſpiciẽs actum, ac Iudicis miniſterium,& ideo importat ſententiam ferendam,vt per *Tiraq. in l. ſi vnquam verb. reuertatur*, *n.*39. *C. de reuocand. donat.* *P. Sanchez de matrim. lib.*3. *diſp.*48. *nu.*2. *Ludou. Carbo de legibus lib.* 8. *diſp.* 6. *verſ. tertia regula*. *Moneta de diſtribut. quotidian. p.*3. *q.*7. *num.*21.

DICTIO CCCXLIV. Suus.

1 DEnotat dominium, vt in *l. quintus in* 2. §. *argento*, & ibi *Bart. nu.*3. *ff. de auro & argento legato*. notant *Menoch. conſ.*129. *num.*7. *& de præſumpt. lib.*4. *q.*162. *n.*28. *Caldas Pereira de emptione, & vendit. cap.*10. *n.*2. *& cap.*3. *n.*2.

2 Importat perſonalitatem, vt per *Cardin. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.*1337. *n.*4. *Ferrer in conſtitution. Cathalon. gloſ.*1. *nu.*2-16. Et eſt demonſtratiua ad oculum. *Card. Tuſch. practicar. concluſ. tom.*2. *lit. D. concl.*260. *n.*4.

3 Stat reſtrictiue, & ſignificat quandam immedietatem. *Menoch. conſ.*328. *n.*14. Et reſtringit obligationem ad præſens tempus. *Stephan. Gratian. diſceptation. forenſium, cap.*104. *n.*19. Item coarctat contractum venditionis ad res venditoris. *Caldas Pereira d. cap.*10. *nu.*1. vbi idem ampliat in re legata,& emphyteuſi.

4 Dictio, ſui, in odioſis odio irrationabili, non comprehendit fœminam, vt per *Bertazol. in repet. l. ſi quis maior*, *C. de tranſaction. n.*113.

5 Dictio, ſuis, in teſtamento refertur ad teſtatorem, & non ad alium, vt per *Card. Seraphin. Rot. Rom. deciſ.*553. *n.*6.

DICTIO CCCXLV. Taliter.

1 EST limitatiua, & reſtrictiua, vt in *cap.*2. *de temporibus ordinationum*. notat *Gratus conſ.*54. *n.*13. *lib.*1. quem refert *Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignificatione, in dictione taliter, pag.*121. *col.*1.

2 Dictio, talis, eſt repetitiua certæ & determinatæ qualitatis, vt per *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.*822. *n.*2.

DI-

DICTIO CCCXLVI. Tam, & Quam.

1 Actum æqualiter tribuũt vtrique copulatum, vt in *l. ſancimus*, C. *de teſtament.* notant *Surd. conſ.* 317. *n.* 16. *& conſ.* 401. *n.* 12. *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 386. *Anton. Monach. Lucen. deciſ.* 58. *n.* 11. *& Bonon. deciſ.* 61. *n.* 51.

2 Accipiuntur quandoque augmentatiuè, vt per *Aymon. conſ.* 227. *n.* 9. *Menoch. conſ.* 195. *n.* 7. *Octau. Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignificatione, in dictione tam, & quam, pag.* 121.

3 Ponũtur etiam ſeparatiuè, vt per *Octauian. Vulp. d. loco. Menoch. de arbitrarijs caſu* 314. *nu.* 11. *Anton. Monach. Lucen. deciſ.* 58. *n.* 11. Aliquando copulatiuè. *Simon de Pretis de interpretatione vltimar. volunt. lib.* 9. *dubitatione* 4. *n.* 89.

4 Verba (tam per teſtamentum, quam per donationem) æquipollent verbis, tam in vita, quam in morte, quæ eſt coniectura cogitantis de ſpeciali, & non de generali diſpoſitione, ex teſtamento, vel ab inteſtato. *ita Cardin. Mantica de coniecturis vltimar. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *ſub n.* 14. *Surd. conſ.* 269. *ſub nu.* 40. *verſ.* 3. *reſpondeo, Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 61. *n.* 32.

5 Dictio, tam, implicat caſum magis dubitabilem, vt per *Surd. d. conſ.* 317. *n.* 17.

DICTIO CCCXLVII. Tamen.

1 Est limitatiua, ſeu exceptiua ſuperiorum, vt in *l. ita tamen, ff. ad Trebel.* & in *l. vbi adhuc, §. ita tamen, C. de iure dotium.* notãt *Menoch. conſ.* 146. *n.* 8. *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignific. in dictione tamen, pag.* 121. *col.* 1. *Anton. Monac. Lucen. deciſ.* 67. *n.* 15. *Mar. Anton. variar. reſolution. lib.* 1. *reſolut.* 27. *n.* 6.

2 Eſt iuris & facti aduerſatiua, & aduerſatur in eodem genere, retentis eiſdem terminis, vt eſt deciſum nouiſſime in ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ. 75. *n.* 4. *tom.* 1. *part.* 2. notant *Octau. Vulpell. d. loco, verſ. & venit*: vbi etiã, quod aduerſari debet præcedentibus, & quod ſit aduerſatiua diuerſificans vnum caſum ab alio, & includens, quod determinat, & omne aliud excludens. *Benedict. Aegidius in repet. l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure, par.* 1.

par.1.cap.8.n.64.verſ.pro cuius. Cardin.Tuſch,practicar.concluſ. tom.2.lit,D. concluſ.240. nu.14. vbi intelligit ſine copula; & *concluſ.387. n.1.* vbi *num.2.* aſſerit quod reſtringit omnia præcedẽtia ex ſui natura.

3 Importat modum & conditionem, vt per *Marium Antoninum variar. reſolution. lib. 1. reſolut.51.n.4.*

DICTIO CCCXLVIII. Tanquam.

1 Regulariter, & de ſui natura denotat improprietatem & fictionem, vt in *l.ſi pecunia, ff. ſi certum petatur.* & in *l. iubemus, §.ſane in 1.C.de ſacroſanctis eccleſ.* notant *gloſ. verb. tanquam, in cap.ſolitæ de maior.& obed. Hippol.in l.ſi quis obrepſerit, n.4.ff.ad legem Corneliam de falſis, Octau. Vulpell.de præpoſit. & aduerbior. ſignificat. in dictione tanquam, ſtatim in principio. Cened. practic. & canon.quæſt.lib.1.q.34.n.5. Card. Tuſch.pract.concluſ tom.2. lit.D. concl.385.n.1.* vbi *n.2.* declarat niſi illud improprium omnino ſit æquiparatum; quia tunc verè dicitur, & propriè eſſe tale.

2 Interdum non denotat fictionem, vt per *Stephan.Gratian. Marchiæ, deciſ.177.n.16.* Nam aliquando ſimilitudinem importat, vt in *l.1. C. de hæred. inſtituen. vbi Iaſon col. 2. Bartol. in l.omnes populi quæſt.6. principali, ff.de iuſtitia & iure. Octau.Vulp. d.loco.*

DICTIO CCCXLIX. Tantum.

1 De vi, & effectibus huius dictionis vide *Rebuff. in commẽt.ad l.pratum 31.verſ. tantum, pag.193. & ad l.propemodum 88. verſ. tantum, pag. 385.ff.de verbor.ſignific. Octau. Vulp.de præpoſit.& aduerb.ſignificatione, in dictione tantum, pag. 124. Cened.pract.& canon.quæſtionum ſingulari 21. Card.Tuſch.pract.concl.tom.2.lit.D.concl. 388.n.4.cum ſeqq.*

2 Eſt exceptiua, & limitat, reſtringit, & excludit ſicut dictio, tantummodo, vt in *l.Iulianus,* & in *l. & non tantum,* ff.*de petitione hæreditatis,* & in *l. his ſolis,* ff.*de condictione indebiti,* & in *l.aduerſus, C.ſi aduerſus rem iudicatam,* & in *l. his ſolis, C. de reuocand. donat.* notant *Octau.Vulp. d.loco ſtatim in princip. Azeued.ad l.2. n.1. tit.3. lib.8. nouæ recopilationis.*

nis. Vincent. de Franchis Neapolitana deciſ. 123.*n.*4. *Cardin. Seraphin. deciſ.* 257.*n.*2. & nouiſſime deciſum in *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 740.*n.*4. *& deciſ.* 600.*n.*7.*tom.*1.*part.*2. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 388.*n.*4. Excludit diuerſa & ſeparata, nō autem connexa & pertinentia ad diſpoſitionem expreſſam, vt nouiſſime deciſum eſt in *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 442.*n.*3.*tom.*1. *part.*2.

3 Excludit omnes caſus præter expreſſos, & continet negationem quoad alios, vt in *l. qui aliena*, §. *libertos*, *ff. de negotijs geſtis*. notant *Surd. deciſ.* 291. *nu.*19. *& de alimentis tit.*1. *q.*2. *nu.* 2. *Flamin. de reſignat. lib.*13. *q.*5. *n.*47. *Caldas Pereira de renouatione emphyteuſis q.*11.*n.*15. *Cened. d. ſingul.* 21.*n.*1. *Io. Franc. Leo in theſauro fori eccleſiaſtici part.*2. *cap.*2. *n.*33. Et impedit extenſionem ad non expreſſa. *Farin. conſ.* 76.*n.*13.*part.*4.

4 Appoſita in aliqua conceſſione excludit omnes alios iudices præter illos, quibus antea competebat iuriſdictio generalis in ijſdem cauſis, vt in *l.* 1. *C. de officio præfecti vrbis*, *D. Barboſa ad l.*1.*art.*4.*n.*106.*ff. de iudicijs*.

5 Non excludit tamen caſus ſimiles, vt notant *gloſ. in l. ob æs*, *C. de prædijs minorum*, & in *l. ſi mora*, *verb. duntaxat*, *ff. ſoluto matrim.* & in *l. vlt. C. de reuocandis donat. Octau. Vulpell. d. loco*, *verſ. non tamen. Lara in l. ſi quis à liberis*, §. *idem ius*, *n.*49. *ff. de liberis agnoſcendis. Surd. d. quæſt.* 2.*n.*10. *Gutierrez. canon. quæſt. lib.*1.*cap.*14.*n.*5. *& pract. lib.*3. *q.*15. *n.*23. *Paul. Montan. de tutelis, & curis, cap.*37. *nu.*66. *P. Sanchez. de matrimonio, lib.* 7. *diſp.*31.*n.*6. *Ceual. commun. contra communes q.*504. *n.*4. *Cald. Pereira de emptione & venditione, cap.*14.*n.*23. *& cap.*20.*n.*15. *& cap.*28. *n.*4. *Cened. d. ſing.*21. *n.* 2. *Melchior Phebos Luſitaniæ deciſ.* 54.*n.*14. Attamen appoſita in lege continente caſum fauorabilem vel pium, impedit extenſionē ad caſus ſimiles, vt per *Viu. to.*2. *commun. opinion. lib.*9. *tit.*34. *n.*64. *Benedict. Aegid. in repet. l. ex hoc iure*, *ff. de iuſtitia & iure, part.*1.*cap.*11.*n.*39.

6 Poſita in lege noua non eſt ſufficiens ad inducendam correctionem alterius legis, vt per *Cottam in memorabil. verb. tantum*, *pag.* 839. vbi *pag.* 841. aſſerit non tollere ea, quæ nobis de conſuetudine competunt.

7 Operatur, vt diſpoſitio, ſeu contractus non tranſeat ad hæredes, vt in *l.non ſolum*, §.*tale ff. de liberat. legat. Bart. in l. qui in futurum*, §.1. *ad finem, ff. de pact. Octau. Vulp. d. loco, verſ. excludunt*. *Anton. Gomez. variar. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 13. *Rebuff. in comment. ad d. l. propemodum*, *verſ. interdum, Cald. Pereira d. cap.* 20. *nu.* 23. & facit Ordinatio regia Luſitanorum *lib.* 3. *tit.* 25. §.*vlt.* vbi in caſu de quo agit dictio hæc excludit perſonam hæredis. Sed non excludere hæredem promittentis tenent *Cened. d. ſing.* 21. *n.* 3. *Caldas Pereira d. cap.* 28. *n.* 3. *&* 5. In dubio enim ſemper perſona hæredis cenſetur comprehenſa, licet expreſſa non ſit, vt per *l. iuris gentium* §.*Prætor, ff. de pact.* decidit *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ.* 361. *num.* 3. *in nouiſs.*

8 Impedit extenſionem, in *l. qui aliena*, §.*libertos*, *ff. de negotijs geſtis*, & in *l.* 3. §.*cum Titio, ff. de adimendis legatis.* Habet enim negatiuam implicitam, ita quod aliter fieri non poſſit, vt in *cap. cum eccleſia Sutrina*, vbi *gloſ. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Aymon de antiquitate temporum*, *part.* 4. *n.* 112. Et in materia fauorabili perſonam non excludit, in qua eadem eſt æquitas, vt oſtendit *Alexand. Rauden. in tract. de annalogis, cap.* 15. *n.* 84. quem citat *Octau. Vulpell. d. loco*, *verſ. & quod*.

9 Per hanc dictionem conſtituuntur pacta perſonalia, vt tenet *Franciſ. à Souſa in comment. ad tit. ff. de pact. art.* 9. *q.* 2. *nu.* 7. vbi idem aſſerit de alijs dictionibus taxatiuis.

DICTIO CCCL.
Teneatur.

1 Verbum hoc importat neceſſitatem & formam, vt per *Anton. Monach. Lucen. deciſ.* 53. *nu.* 34. Et ex ſubiecta tamen ratione denotat voluntatem ſicut verbum, Oportet, & verbum Debet, *gloſ. verb. oportet in cap.* 1. *de iudicijs lib.* 6. *Anton. Monach. Lucen. deciſ.* 67. *n.* 27.

DICTIO CCCLI.
Totaliter.

1 Idem ſignificat quod in totum, vt in *cap. ex ore*, §.*final. de priuileg.* notant *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. tantum, verſ. totaliter*, *pag.* 125. *col.* 1. vbi etiam dicit quod eſt tantæ virtutis, vt ex ea

quan-

quandoque fideicommiſſum abſolutum inducatur, & citat *Roland.conſ.98.n.15.& Maluaſia conſ.50.n.24.*

2 Integritatem, ac plenitudinem quandam ſignificat, vt in *cap.Abbate de ſent.& re iudicata lib.6.Menoch.conſ.191.n.13.* Et importat, idem quod ſimpliciter, & abſolutè, vt per *Flamin.de reſignat.tom.2.lib.14.in præfat. num.4.*

DICTIO CCCLII.
Toties quoties.

1 VErba harum dictionum ſignificant infinitatem, vt cum *Bart. Alexand.* & alijs notat *Tiraq.in l.Boues, §.hoc ſermone, limit.26.n.2.ff. de verbor. ſignific.* Et ideo obligatus repræſentare toties quoties non deobligatur præſentando bis, vt per *Cardin.Tuſch.practic.concl. tom.2.lit.D.concl.389.n.1.*

2 Item verba hæc apponi ſolita in compromiſsis reſtringuntur ad duas vices tantum & non plus, vt per *Brunor.à Sole in locis commun.verbo dictio, n.32.Galgan. de condit. & demonſtr.p.2. cap.5.q.21.n.2.*

DICTIO CCCLIII.
Totum.

1 REſpicit corpus integrum & vnam rem, vt pluribus auctoritatibus confirmat *Cald. Pereira de empt.& vendit.cap.9. nu.5.* Et refertur ad vnum integrum conſiſtens ex ſuis partibus omnibus, vt per *Rebuff. in comment. ad l.nominis, & rei ad finē, ff.de verbor.ſignific. Euerard. in centuria legali loco 80.verſ.iſtud arg. Surd.deciſ.78.n.18. Anton. Monach. Florent. deciſ.72. nu.1. Bertaz. de clauſul.inſtrum.clauſ. 27.gloſ.19.nu.2.* vbi etiam dicit quod accipitur totum pro toto vniuerſali, vt genus comprehendens ſub ſe multas ſpecies ſubiectiue, quæ dicto generi ſubijciūtur & prædicantur de genere: & aſſerit etiam accipi pro toto numerali conſiſtente in numero vel quantitate, vt in aceruo, & decem, quæ conſtant quinque & quinque.

2 Concludit omnia, & nihil indeciſum relinquit, vt per *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 53. num.36.*

DICTIO CCCLIV.
Tunc.

1 DEnotat temporis extremitatem & conditionē, importat, vt in *l.4.§.fin.* vbi *gloſ. & Bart.ff.de condit.& demonſtr.* & in *l.Gallus*, *in princ.* vbi *gloſ. verbo tunc*, & ibi notant omnes, *ff. de liberis & poſthumis*, & in *l.cum quidam*, vbi *Florianus*, ff. *de vſuris*, & in *l.pen.* ff. *de teſtamen. tutel.gloſ.& Doctores in l.1.C.de codicillis. gloſ.in cap.præterea de appellat.* notant *Calepin. verbo tunc*, *Ximenes in ſuo dictionario eccleſiaſtico eodem verbo. Briſſonius lib.18. de verb.ſignif.verbo tunc. Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb.ſignif.ſub dict.tantum verſ.tunc, pag.125.col.1. Rebuff. in comment. ad l. mulieris appellatione, §. deſinere*, ff. *de verbor. ſignific. Barthol. Perett. in comment. Extrau.ambitioſæ, de rebus eccleſ. non alien. ſuper verbis, & tunc, à n.3. Mol.de primog.lib.3. cap.5.nu. 67. Card. Mantic. de coniect. vltimar.volunt.lib.3.tit. 14.n.10.Peregr.de fideicommiſſ. art.29.n.28. Brunor.à Sole in locis commun. verb. dict. num.33. Surd.deciſ.207.n.16.Cald.Pereira de reſolut.emphyt. cap.5.n.85. & poſt tract. de poteſtate eligen. in reſponſo pro Sebaſtiano Limpo, n.1.& quæſt.forenſ.ſeu receptar. ſentent.conſ.9. num.3.Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.65.num.2. cum ſeqq.Galgan.de condit.& demonſtrat.p.1.cap.12.n.5.Io.Fanciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. p. 1. cap.15. nu.3. & n.43. Ferrer in conſtit.Cathalon.gloſ.3.n.52.Decian.conſ.73.n.26.lib.2.Cardin. Tuſch.practic. concl.tom.2.lit.D. concl.390.n.9.& 16.Anton.Monach.Florent.deciſ.50.n.30.* nouiſſime *ſacra Rota Rom.apud Farinac.deciſ.144.n.7.tom.1.p.2.*

2 Aduerte quod licet denotet temporis extremitatem, tamen de quo tempore ſignificet, à verbis præcedentibus dependet, *l.in ſubſtitutione*, ff. *de vulgari & pupillari ſubſtit. Iacob. Mandel conſ.51.n.20.* quem citat *Octau.Vulpell.d.loco*. Non eſt tamen ſemper hæc dictio reſpectu temporis terminate accipienda, vt per *Galgan.d.tract.de condit.& demonſtr.p.2. cap.1.q.36. num.9.*

3 Eſt demonſtratiua temporis. *Menoch.de interdictis, remed. 15. recuper.poſſeſſ. n.392.* Reſpicit tempus futurum, idem *Menoch. conſ.106.n.324.* Importat ſignatum tempus, & demonſtratum

tùm tantum, vt per *Card.Tuſch. d.lit.D.concl.364.n.1.*

4 Reſtrictiua eſt, & reſtringit diſpoſitionem ad tempus, & caſum expreſſum, vt ad caſũ omiſſum non extendatur, notant *Menoch. conſ.117. n.6.& conſ.152. n.41.& conſ.198. n.9. Auend.ad l.40. Tauri, gloſ.14. n.10. Surd. conſ.344.n.3. & conſ.347.nu.3. Galgan.d.q.36.n.8. Octau.Vulp. d.loco, verſ.& reſtringit.* vbi etiã dicit quod adiecta perſonis prohibet extenſionem ad alias perſonas, ſicuti adiecta tempori, vel caſui.

5 Non impedit tamen extenſionem ad caſum ſimilem expreſſo, vt per *Galgan. d.q.36.nu. 12.* Neque operatur quando in contrarium ſtat veroſimilis mens teſtatoris. *Menoch. d.conſ.117. n.29.Surd.d.conſ.344.n.13.*

6 Si ponatur ſine aliqua dictione taxatiua, ſtat demonſtratiue, & declaratiue, non autem reſtrictiue, vt per *Galgan. d. q. 36. n.10.* vbi *n. 11.* aſſerit quod quoties poſt hanc dictionem teſtator vlterius procedit ad alias ſubſtitutiones, eo caſu non ſtat reſtrictiue ad tempus & caſum; ſed extenditur ad alia tempora, & ad alios caſus expreſſos.

7 Dictio, tunc & eo caſu, propter vim geminationis extenſionem vltra caſum permiſsũ fieri non permittit; habet vim reſtrictiuam, & eſt limitatiua, ac pro inde prohibet extenſionem fieri vltra illum caſum. ita poſt multos claſſicos quos refert, tenet *Octau.Vulp.d.loco.*

DICTIO CCCLV.
Tradere.

1 Poteſt verbum hoc accipi pro traditione, quæ vere transfert dominium, vt in *§.per traditionem inſt. de rerum diuiſ.* & in *l.traditionibus, C.de pactis.* Quod intelligitur, ſi ſit dominus, ſi vero non ſit non transfert niſi vſucapiendi conditionem, & tenetur de euictione, vt in *l.clauibus, ff.de contrah. empt.* Proprietas igitur huius verbi non eſt quod importet transferre dominium, ſed ſolum corporalem rei poſſeſſionem præſtare, niſi ſit additum promiſsioni quantitatis. ita eleganter *Bertaz.de clauſ. inſtrument.clauſ.16.gloſ.3.nu.1.* vbi *n.2.* tenet quod verbum, tradidit, in venditionis inſtrumento operatur etiam ſine clauſula conſtituti (cum per eam cenſeatur data licentia emptori accipiendi propria auctoritate) poſſeſsionem rei venditæ.

DICTIO CCCLVI.
Tu.

1 Est perſonaliſsima, & non tantum relatiua, ſed demonſtratiua ad oculum, vt per *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 51. *n.* 28.

2 Dictio, tuus, denotat dominium, vt in *l. quintus*, §. *argento*, *ff. de auro & arg. legat.* notat *Surd. conſ.* 73. *n.* 72.

DICTIO CCCLVII.
Vbi.

1 Dupliciter ſtare poteſt, & localiter & temporaliter. *gloſ. in l. ſi quis in legatione*, ff. *de iudicijs. Octauian. Vulpel. de præpoſit. & aduerb. ſignific. in dict. vbi, ſtatim in princip. pag.* 126. & tenet etiam denotare diuerſitatem cauſarum, vel negotiorum, ac locorum.

2 Importat idem, quod, ſi, & facit conditionem, vt in *l. ſi ita ſcriptum* 45. §. *fin.* ff. *de legat.* 2. notant *Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 61. *n.* 45. *Octau. Vulpell. d. loco verſ. & facit.* vbi addit huiuſmodi conditionem formam inducere.

3 Includit hæc dictio, vt per *Card. Tuſch. practic. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 238. *n.* 4.

DICTIO CCCLVIII.
Vbicumque.

1 Est vniuerſalis apta comprehendere omnia loca vniuerſaliter, vt in *c. ad honorem de vſu pallij*. notat *Card. Tuſch. pract. concl. to.* 2. *lit. D. concl.* 391. *n.* 1. vbi *n.* 4. limitat quando profertur in materia quæ per alia iura eſt reſtricta ad quædam loca.

2 Dictio, vbique, accipitur pro, quocumque loco, vt in *l.* 1. *verſ. vbique*, ff. *ſolut. matrim. & in princip. inſt. de vſucap.* notat *Octau. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignific. ſub dict. vbi, verſ. vbique, pag.* 126. Intelligitur de loco idoneo, ſicut & dictio, quolibet loco, vt per *Tiraq. de retract. lig.* §. 1. *gloſ.* 7. *n.* 30.

DICTIO CCCLIX.
Ve.

1 Aliquando ſtat copulatiue pro, &, aliquando diſiunctiue pro, vel. Primo caſu ita accipitur in *l. & ſi poſt tres*, ff. *ſi quis cautionibus*, & in *l. ſi quis ita*, vbi *Bart.* ff. *de iniuſto rupto.* & eſt

& eſt *gloſ.in l.fin.verbo ex ſtipulat.* ff. *de dote prælegata*. Et hoc procedit in dubio, vt ſemper pro copula accipiatur, *Aretin.in l.*3. *in princip.col.*2.& in *l.quod meo*, *n.*12. ff.*de acquir. poſſeſs.* Secundò caſu accipitur pro diſiunctiua in *l.Stichum*,§.*Stichus*, & ibi *gloſ.* ff.*de ſtatulib.* & in *l.Paulus*,§.*Paulus*,ff.*ad leg.Cornel.de falſis*, & in *l.fin.in princip.* vbi notat *Aret.*ff. *de verb.obligat.* Et puto ita accipi debere in *Rub.C.de his quæ vi metuſue cauſa fiunt*. His formaliter verbis eleganter notat *Bertaz.de clauſul.inſtrum.clauſ.*11. *gloſ.*4.*num.*4.

DICTIO CCCLX.

Vel.

1 DE ſui natura cadit inter diuerſa, vt per *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 48. *num.*17. *& gloſ.*52.*nu.*3. *Ferrer. in conſtit.Cathalon.gloſ.*4.*n.*122. vbi etiam aſſerit quod diſiungit caſus. Et ampliat diſpoſitionem etiam ad diuerſa, vt deciſum eſt in *Rota Rom.apud Farinac.deciſ.* 770.*n.*4.*in nouiſs.* Eſt enim ampliatiua præcedentis diſpoſitionis, vt nouiſsime deciſum eſt in eadem *ſacra Rota Rom.apud Farinac.deciſ.*69.*nu.*5.*tom.*1.*p.*1.

2 Deinde ex ſui natura eſt alternatiua, quæ habet in ſe implicationem, & implicat præcedentia in ſequentia, vt notant *Doct. in cap. inter cæteras, de reſcript. Octau. Vulpell.de præpoſit. & aduerb. ſignific. ſub dict. vbi, verſ.vel,pag.*127.*col.*1. *Menoch. conſ.*3.*num.*21. *Portol.de conſort. cap.*1.*n.*66. *Surd. conſ.*393.*nu.*8. *Aloyſ.Ricc.in deciſ.curiæ Archiep. Neapol. deciſ.*72. *n.*5.*p.*1. *Card. Tuſch.practic.concl.tom.*2. *lit.D. concl.*392.*n.*1.

3 Eſt diſiunctiua quo ad verba, & quo ad effectum; & in ea ſufficit alteram partem eſſe verã, vt per *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.*83. *n.*66. *Ceued. practic. & canon.quæſt.ſing.* 29.*n.*1. *Barth. Peret. in comment. ad Extrauag. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. ſuper verbo, vſibus, nu.*20. *&* 21. *pag.* 152.

4 Pluribus modis capitur: aliquãdo augmentatiue, vt in *l.Littus*,ff.*de verb.ſignific.* notat *Oct. Vulpell. d. loco, ſtatim in princip.* Interdum ſtat copulatiue. *Menoch.conſ.*187. *n.*18. Et poſita inter perſonas reſoluitur in copulam, &, vt notat *Gonzal. ad reg.*8. *Cancel.gloſ.*3.*n.*15. Et poſita inter genus, & ſpeciem exponitur pro dicta copula, &, vt per

per *Aloyſ.Ricc. d. deciſ.72. nu.6. Cened.d.ſing.29.n.2.* vbi *n.5.* aſſerit quod quandoque interpretatur pro, ſaltem, vt in *l. teſtamento,iuncta gloſ. verbo vel,ff.de manum.teſtam.gloſ.verb. vel hoc in l.1.§.ſerui quoties,* ff. *ad Silan.*

5 Declaratiue etiam ſumitur pro, ideſt. *Menoch.conſ.347.nu.19. Portol.d.cap.1. n.65.* Præcipue quando eſt poſita poſt genus, vt nouiſsime deciſum eſt in *ſacra Rota Rom. apud Farin. deciſ.300.nu.26.tom.1.p.1.*

6 Ponitur etiam aliquando inter æqualia, vt in *l.1.* ff. *de rebus dubijs:* & correctiue, vt in *l.ſi is qui,§.ſi libero,* vbi *Paul. à Caſtro,n.2.*ff.*commod.*notat *Oct. Vulpell. d. loco.*

DICTIO CCCLXI. Vel circa.

1 Intelligitur de modico temporis interuallo. *Menoch. de arbitr. iudicum caſu 46. nu.3.* Et ad ſummum importat ſex mẽſes, argum. *l.non tantum,* ff.*de excuſat. tutor.* notat *Menoch. d. caſu 46.n.5.*cum alijs citatis per *Nicol. Garc. de benefic. p.11.cap.3.§.1.n.49.*

2 Adiecta menſuræ in venditione quantitatis facit totum venire, vt per *Bertazol.de clauſul. inſtrument.clauſ.20.gloſ.21.n.2.*

DICTIO CCCLXII. Veluti.

1 Est explicatiua ſeu, vt interpretes iuris aiunt,exẽplificatiua, vt in *l.3.& Labeo 2.§.1.*ff.*de verbor.ſignificat.* Et de dictione,velut eſt, tex. in *l. inter publica,* ff.*eod.tit.* de qua *Ferrer in conſtit.Cathalon.gloſ.7.n.100*

2 Denotat ſimilitudinem, & quandoque ſtare ſolet vt expreſſiua veritatis, vt per *Menoch. de præſumpt.lib.4.q.52.n.6.*

DICTIO CCCLXIII. Vendere.

1 Verbum hoc naturaliter de vera venditione,non autem de ficta, vel ſimulata interpretandum eſt, vt dicit poſt *Paul.de Caſtro. Bertaz.de clauſ. inſtrument.clauſ.16.gloſ.2.nu.1.* vbi etiam, quod venditionis appellatione de ſui propria ſignificatione venit venditio, & non alius contractus.

2 Aliquando pro, locare exponitur, vt notat *Cald. Pereira de empt.& vendit.cap.2.n.7.*

DI-

DICTIO CCCLXIV. Vere.

1 EXcludit omnem fictionẽ, vt per *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 15. *nu.* 15. Et interdum idem importat quod, proprie, ex *Farin. in praxi crimin. p.4. conſ.* 76. *n.* 8.

DICTIO CCCLXV. Vero.

1 ADuerſatur præcedẽtibus in iure, & in facto, vt in *l. hoc amplius*, §. *de his autem*, vbi *Bart.* ff. *de damno infecto*, & in *l. ſi vero*, ff. *qui ſatiſd. cogantur* notãt *Surd. conſ.* 315. *n.* 1. *Cened. practic. & canon. quæſt. ſing.* 99. *n.* 1. *Octau. Vulpell. de præpoſition. & aduerb. ſignificat. in dict. vero ſtatim in princip. pag.* 127. vbi intelligit quando id cui adijcitur diuerſam rationem habet; & *num.* 1. dicit quod affert diuerſitatem in iure, & in facto quando aduerſatiue poſita eſt ſine copula, plerumque tamen præcedentibus non repugnat, vt in *Auth. de hæredibus*, *& Falcid. in princip. collat.* 1. aduertit *Burg. de Paz. p.* 1. *l.* 3. *Tauri, concl.* 4. *n.* 579. Plura poteſt coniungere in vna oratione, ex *Bertazol. de clauſ. inſtrument. clauſ.* 20. *gloſ.* 32. *n.* 2.

2 Importat idem quod dictio, ſed, vt per *Octau. Vulpell. d. loco, n.* 1. *Menoch. conſ.* 76. *n.* 7.

3 Inducit repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem. *Menoch. d. conſ.* 76. *n.* 6. *Peregrin. de fideicom. art.* 16. *num.* 91. *Galgan. de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 18. *n.* 5.

4 Aliquando ponitur aſſertiue, vt in *d. Auth. de hæred. & Falcid. in gloſ. verbo vero*. Interdum inceptiue, vt in §. *his verò adquẽ inſtit. de rerum. diuiſ. cap. quoſdam de præſcript. cap. ſuper eo, de elect. cap. tranſmiſſa, verſ. quia vero, de eo qui cognouit conſanguin. vxor. ſuæ*. Nonnunquam affirmatiue; & ſic accipitur pro, enim, vt in *l. eas cauſas, verſ. eas vero*, vbi *gloſ. & Bart.* ſic intelligunt ff. *de condit. & demmonſtr.*

DICTIO CCCLXVI. Verſus.

1 REſpectu loci non includit locum, vt per *Card. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 167. *num.* 1.

DICTIO CCCLXVII. Viciſſim.

1 Eiuſdem eſt ſignificationis, quæ eſt dictio, inuicem, de qua ſupra ſuo loco *l. fideicōmiſſo*, C. *de tranſact. cap.* 1. *de mutuis petit.* vbi *Abbas*, *nu.* 6. poſt gloſ. dicit quod illud dicitur viciſsim fieri, quod fit eodem tempore, ordine tamen ſucceſsiuo: ita tamen quod non concurrat cum temporis momento.

3 Inducit ſubſtitutionem reciprocam, vt in *l. in teſtamento*, §. *hæc verba*, *ff. de hæred. inſtit.* notat *Menoch. conſ.* 95. *in princ. quem refert Oct. Vulp. de præpoſit. & aduerb. ſignific. ſub dict. vero, verſ. viciſsim, pag.* 127.

DICTIO CCCLXVIII. Videlicet.

1 De ſui natura præcedentium eſt declaratiua, & ſimul reſtrictiua, vt in *l. videlicet*, *ff. ex quib. cauſ. maior.* & in *l. videlicet*, ff. *de pactis*, & in *l. ſi quis*, §. *ſi in venditione*, *aliàs l. ſi in venditione*, ff. *commun. præd. cap. tranſmiſsā de eo qui cognouit conſanguin. cap. ſacroſancta de elect. cap. nouimus, de verb. ſignific.* notant *gloſ. in clem. cauſam, verbo videlicet, de elect. Marant. de ordine iudicior. p.* 3. *tit. iudicij telā aggreditur, n.* 105. *Menoch. conſ.* 21. *n.* 27. *Octau. Vulp. de præpoſit. & aduerb. ſignific. ſub dict. vero, verſ. videlicet, pag.* 127. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 42. *n.* 100. *& deciſ.* 161. *n.* 8. *& conſ.* 315. *n.* 61. *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.* 66. *n.* 1. *&* 2. *Cald Pereira de renouat. emphyt. q.* 11. *n.* 15. *Steph. Gratian. Marchiæ deciſ.* 44. *n.* 7. *Farin. de delictis*, *p.* 4. *conſ.* 95. *n.* 6. *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 393. *n.* 1. *cum ſeqq. Bertaz. de clauſ. inſtrument. clauſ.* 38. *gloſ.* 3. *n.* 1.

2 Quandoque ſtat demonſtratiue ſecundum ſubiectam materiam. *c. cum Marthæ*, §. *diſtinguendū, de celebr. miſſar. Dec. conſ.* 47. *n.* 4. *verſ. non obſtat. Cened. d. ſing.* 66. *nu.* 2. Et in dubio ſtat magis demonſtratiue, quam reſtrictiue. *Aym. conſ.* 227. *num.* 4. *&* 8. *& conſ.* 245. *nu.* 9. *& conſ.* 273. *ſub n.* 9. *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 13. *n.* 3.

3 Aliquando ſtat oppoſitiue, vt in *cap. poſt electionem, de conceſſ. præb.* & in *cap. ſcriptum, de elect.* & in *cap.* 2. *de priuileg. lib.* 6. Nonnunquā exemplificatiue, vt in *cap. nihil, circa fin. de elect.* Interdum

terdum determinatiue, vt in *cap. ſuper litteris de reſcriptis*.

DICTIO CCCLXIX. Videtur.

1 DEnotat improprietatem vt in *l.* 1. §. *deieciſſe videtur*, ff. *de vi & vi armata*. notant *Acacius Anton. in comment. ad l.* 5. ff. *de condit. & demonſtr. nu.* 105. *Ferrer in conſtit. Cathalon. gloſ.* 2. *n.* 108. *Pichard. d. §. nominatim inſtit. de exhæred. liber. num.* 6.

2 Inducit fictionem *l.* 1. §. *deieciſſe autem videtur*, ff. *de vi & vi armata*, *Tiraq. de iure conſtituti*, *p.* 2. *ampl.* 1. *n.* 7. *Bertazol. in repet. l. ſi quis maior*, C. *de tranſact. n.* 646. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 35. *n.* 9. *& q.* 86. *n.* 12. *Benedict. Aegid. in repetit. l. ex hoc iure*, ff. *de iuſtit. & iure*, *p.* 1. *c.* 8. *n.* 78. *Thom. de Thomaſſetis in floribus legum reg.* 303.

3 Significat præſumptionem, ex *Menoch. d. lib.* 4. *q.* 89. *n.* 12. & *conſ.* 370. *n.* 10. *Acacius Anton. in comment. ad l. cum auus* 102. *nu.* 16. ff. *de condit. & demonſtr.*

4 Importat aliquando arbitrium boni viri, vt per *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 394. *num.* 4. ex *Bart.* tradit *Valaſ. conſil.* 153. *num.* 25.

5 Non importat veritatem, *Surd. deciſ.* 195. *n.* 13. *Card. Tuſch. d. concl.* 394. *nu.* 1. *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 522. *nu.* 2. Quando vero profertur à legiſlatore in materia iuris certitudinem denotat & veritatem. *c.* 1. *de iudic. lib.* 6. *Rebuff. in compendio alienationum*, *n.* 71. *pag. mihi* 76. *Card. Tuſch. d. concl.* 394. *n.* 3.

DICTIO CCCLXX. Vindicare.

1 VErbum hoc, ſicut &, vindicta, intelliguntur de vindicta non propria auctoritate ſumenda, vt notant *gloſ.* 1. *in l.* 1. ff. *de indignis*. *Cald. Pereira quæſt. forenſ. ſeu receptar. ſentent. conſ.* 35. *n.* 33. Sic etiam verbum, vlciſci, intelligitur iure mediante. *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.* 74. *num.* 51.

DICTIO CCCLXXI. Vix.

1 ILlud dicitur vix fieri, quod fieri poteſt, licet cum difficultate, vt in *cap. hæc cuius placiti*, vbi *gloſ.* 12. *q.* 2. *cap.* 2. *de cognat. ſpirit. lib.* 6. notat *Oct. Vulp. de præpoſit. & aduerb. ſignificat.*

ſub

ſub dictione violenter, verſ. vix, pag. 129. vbi etiam addit, quod eſt dictio diminutiua, & quandoq. interpretatur pro nullo modo. Denotat exceptionem,& regulam eſſe in contrarium,vt in *l. vix certis annis*, vbi *gloſ.* ff. *de iudicijs*, & in *l. intra*, §.*fin.* ff. *de minor*, & in *l.ſi hæres*, ff. *ad leg. Falcid.*

DICTIO CCCLXXII.
Vlterius.

1 TOllit ipſo iure ius petendi, vt per *Garc.Girond. de priuilegior. & exemption. explicat. num.* 907.

DICTIO CCCLXXIII.
Vltra.

1 ESt incluſia, vt per *Rebuff. in comment.ad l.ſi quis ſic dixerit* 133. *verſ. idem in dict. vltra*, ff.*de verb.ſignif.pag.*506. *Octau. Vulpell.de præpoſit.& aduerb.ſignificat. in dict.vltra,n.*1. *pag.* 130. *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *q.*145. *nu.*4. *Azeu. ad l.*7. *n.*121. *tit.*18. *lib.*4.*nouæ recopil. Surd.deciſ.*285.*n.*9. vbi *n.*12. aſſerit quod confirmat quæ fuerãt inutiliter data, & diſpoſita. * Cened. practic.& canon.quæſt.ſing.* 40. *num.*1.

2 Aliquando tamen excludit ſiue implicat, vt in *l. cum vltra*, C. *de non numer.pecun.* & in *l.ſi vltra*, C. *de fideiuſſor.* notat *Tiraq. de retract. lig.* §.1. *gloſ.* 11. *n.* 66. *Octau. Vulpell. d.loco,n.*2. *verſ. & eius. Rebuff. in concord. rub.de collation.* §.*præfatiq. ordinarij, verſ. vltra. Cened. d.ſing.* 40.*n.*2. *Card.Tuſch.pract.concl. tom.*2. *lit.D. concl.*290. *nu.*1. Et non includit quando reſultat abſurditas,aut materia ſubiecta repugnat, vt per *Rebuff. in comment. ad d. l.ſi quis, verſ.limitatur quando, pag.mihi* 506.

3 Implicat præcedentes qualitates, conditiones, & modos, vt per *Steph. Gratian. diſcept.forenſ. cap.*116. *nu.*29. Et inducit repetitionem qualitatum,& conditionum præcedentis legati & diſpoſitionis in ſequentem.*Surd. d.deciſ.*285.*n.*12. *Azeued.d.l.*2. *n.*5. *loco infra citando. Cened. d. ſing.*40.*n.*3.*Card.Tuſch.d.lit.D. concl.*395.*n.*1. *Galgan.de condit. & demonſtrat. p.*2.*cap.*1. *q.*18. *num.* 7.

4 Limitat numerum expreſſum, vt per *Cald. Pereira de renouat.emphyt. q.*11.*n.*16. Et extendit id tantum cui additur, ex *Azeu.ad l.*2.*n.*1. *tit.*4.*lib.*8.*nouæ recopil.* vbi *nu.*5. aſſerit quod eſt confir-

confirmatoria priorum.

5 Refertur ad modicum tempus, vt in *l. hæc adiectio*, *ff. de verb. ſignific.* notant *Abb. in cap. litteræ, n. 10. de dilat. Farinac. de delictis, p. 4. conſ. 55. n. 42. Card. Tuſch. d. concl. 290. n. 10. Octau. Vulp. d. loco. nu. 3.* vbi addit hoc verum eſſe quando à lege profertur: quia tunc iudicis arbitrio remittitur declaratio.

6 Teſtis deponens per hanc dictionem nihil probat. *Viui. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. de probat. nu. 68. pag. 482. Azeu. d. l. 2. nu. 11. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 277. n. 12. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1520. Octau. Vulp. d. loco, nu. 4.* vbi limitat, ſi à teſte probabilis ratio eius dicti redderetur. Et ſine copula in teſte deponente de tempore, non facit vt comprehendatur totum tempus continuum. *Cardin. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ. 1102. n. 3.*

DICTIO CCCLXXIV.
Vltro.

1 Aliquando idem ſignificat quod ſine requiſitione vel mandato, vt in *l. liberto*, *§. pen.* ibi *vltro egit*, *ff. de negot. geſt.* Nonnumquam exponitur pro, ſponte, vt in *l. vxori*, vbi *gloſ. ff. de falſis*, & in *l. illud, §. fin. ff. de conſtit. pecun.* & in *l. circa*, *ff. de probat.* & in *l. qui hominem, §. ſi nullo, ff. de ſolut.* & in *l. non omnes, §. item temporis*, ff. *de re militari.* Interdum accipitur pro, ſine quæſtione, in *l. 1. §. Diuus Antoninus, & §. ſi quis vltro*, & in *l. vnius, §. iudex*, ff. *de quæſt.* Vltro competit actio ideſt, ſine pœnitentia, ſine exceptione. *l. 3. §. 1. ff. de condict. cauſa data, l. ſed an vltro, ff. de negot. geſt.* vltro iurando, ideſt ſine delatione & neceſſitate. *l. ſi legatarius, ff. de dolo, l. 3. ff. de iure iurando. l. ſi pignori in fine, ff. familiæ herciſc.*

2 Vltro, citroque, ſunt dictiones oppoſitæ. *l. ſi quis ex argentarijs, §. rationem*, ff. *de edendo.* notant *Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloſ. 11. n. 66. Octau. Vulp. de præpoſition. & aduerb. ſignificat. ſub dictione vltra, verſ. vltro, pag. 131. col. 1.*

DICTIO CCCLXXV.
Vllus.

1 Nunquam ponitur affirmatiue, ſed ſubiunctiue, vt probat *Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 1. n. 4.*

2 Dictio, vllo modo, reddit proceſ-

proceſſum ipſo iure nullum, ex *Steph. Grat. March. deciſ.* 51. *n.* 10.

DICTIO CCCLXXVI. Vna.

1 EST congregatiua, & importat idem quod, ſimul, ſimultaneitatemque inducit, vt in *l. fin.* vbi *Bald. in 6. oppoſit. num.* 8. *& Iaſ. col. fin. C. de impub. & alijs*, §. *nos autem inſt. de Attiliano tutore.* notant *Rebuſ. in comment. ad l. reſtituere* 36. *verſ. item dictio vna*, ff. *de verb. ſignific. pag.* 202. *Octau. Vulp. de præpoſit. & aduerb. ſignificat. ſub dict. vltra, verſ. vna, pag.* 131. *Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 376. *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 39. *gloſ.* 1. *n.* 1. *Mar. Anton. var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 35. *n.* 4. Et ſignificat vnitatẽ ac æqualitatem, ita quod non habeat compoſitionem. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 139. *nu.* 22. *Ceual. commun. contra commun. q.* 828. *nu.* 47. Adiecta dictioni, cum, augmentum importat reſpectu qualitatis relicti. *Menoch. d. q.* 139. *n.* 26.

2 Dictio, vna cum, idem ſignificat quod copula, &, & importat repetitionem, vt per *Card. Tuſch. d. lit. D. concl.* 398.

DICTIO CCCLXXVII. Vnde.

1 SIgnificat cauſam intrinſecam, & importat idem quod, ex qua cauſa, vt per *Octau. Vulp. de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. vltra, verſ. vnde, pag.* 131. *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 396. Alia de ſignificatione huius dictionis vide *apud Rebuff. in comment. ad l. quibus* 57. *verſ. vnde*, ff. *de verb. ſignific pag.* 297.

DICTIO CCCLXXVIII. Volo.

1 VErbum hoc tribuit liberum, & abſolutum arbitrium, vt in *l. cum quidam*, ff. *de legat.* 2. & in *l. fideicommiſſaria libertas*, ff. *de fideicommiſſ. libert.* notat *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 188. *nu.* 13. *& de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 2. vbi *num.* 3. aſſerit quod ad iudicem directum non ſignificat liberum arbitrium, & *n.* 14. quod iunctum cum verbis, tuo arbitrio, non operatur, vt cenſeatur collatum liberum arbitrium. *& n.* 30. quod adiunctum verbo executiuo nõ liberam poteſtatem, ſed viri boni arbitrium ſignificare videtur.

2 Item

2 Item verbum hoc temporis præſentis adiunctum infinitiuo importat actum perfectum; veluti ſi ad interrogationem fiat hoc modo, vis mihi vendere domum pro centum, & reſpondiſſet, volo vendere; & emptor replicaſſet volo emere; contractus eſſet perfectus. ita ex *Bart.Bald. & aliis* reſoluit *Peregr. variar. lib.5. tit.de pactis à n.5.* vbi *n.6.* aſſerit verba, volo te ducere in vxorem, non operari matrimonium de præſenti de quo late *Franciſc. Molin. de ritu nuptiarum lib.1.comparat.20.num.32. cum ſeqq.*

3 Deinde additum cum infinitiuo importat executionem, vt per *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.23.n.23.* & iunctum infinitiuo, vel verbis futuri temporis diſponi, vt per text. in *l.Pamphilo, §.propoſitum, ff. de legatis 3.* reſoluit *Marc. Anton. Geuuenſ. practic.eccleſ.q.275.n.2.* Et iunctum infinito in actibus inter viuos, nō importat diſpoſitionem, *Card. Seraphin. Rota Rom. deciſ. 1979. nu.3.* In conſtitutione inducit formam. idem *Cardin. Seraphin. deciſ.1474.n.2.*

4 Eſt diſpoſitiuum, & inducit diſpoſitionem, præcipue ab eo prolatum, qui liberā habet exequendi facultatem. ita *Franciſc. Molin. d.comparat.20.num.34. Menoch.conſ.197.n.21.& de arbitr. iudicum caſu 496. nu.6.* vbi *n.12.* aſſerit quod ſtat diſpoſitiue, cum alterius perſonæ voluntas non ſpectatur, ſed ſola executio. *& n.18.* quod non diſponit cum actus alterius volūtatis ſpectatur: de quo etiam *Card. Tuſch.pract.concl.tom.2.lit.D.concl. 399.n.1.*

5 In vltimis voluntatibus importat plenam diſpoſitionem, vt in *l.Pamphilo, §.propoſito, ff.de legat.3.* notat *Nicol. Mozzi. de contract.tract.de empt.tit.de ſubſtantial. emption. nu.49.* In contractibus vero non diſponit. *Villalob.tom.2. commun. opin. lib.9. tit.34.n.355.*

DICTIO CCCLXXIX.

Vſque.

1 Regulariter ſtat incluſiue, vt in *l.Patronus 35. §.Sempronio, ff.de legat.3. l.Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic.teſtam. l.fin. §.fin. ff.de Senator. l.cum clericis, §.memorati, C.de Epiſcopis & clericis, l.poſt dies, C.de aduocatis* notant *Caſſan.in conſuetud.Burgund. rub.1. §.7.verbo iuſques, n.1. & rub.13.*

§.4. *verbo uſque ala ſa inct.n.*1. *Coſm. in pragmat.ſanct. tit. de collat.*§.*quod ſi quis, verbo vſque, pag.*211. *Octau. Vulpell. de præpoſit.& aduerb.ſignificat.in dict. vſque, pag.*132. *Rebuff.tom.*1.*ad leges Galliæ tract. de ſententia prouiſionali, gloſ.*3.*pag.*162.*& in comment.ad l.abſentem* 199.*verſic. regula igitur, ff.de verbor.ſignificat. pag.* 633. *Azeu. ad l.* 1. *num.*33. *tit.*4. *lib.*4.*nouæ recopil. Surd.conſ.*429.*nu.*71. *Anton.*Monach.*Florent.deciſ.*50.*n.*19.*Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*12.§.1. *n.*2. vbi *n.*7. idem reſoluit in pœnalibus. *Benedict. Aegid. in repetit. l.*1. *C. de ſacroſ. eccleſ. p.*1. §.5. *n.*17.*D.*Marta *de clauſ.p.*2. *clauſ.*77. *nu.*6. vbi *n.*7. idem reſoluit in legatis.

2 Vnde hæc dictio comprehendit terminum terminatum: vt ſi ſit vẽditum prædium vſque ad domum, venit etiam domus, ſi ſit de dominio venditoris ſecus ſi non ſit in dominio venditoris, vel eſt via publica: quia tũc acciperetur pro termino terminante. Et idem ſi ex quantitate pretij non correſpondentis valori rei aliud deberet cenſeri, ita poſt *Bart. & Bald. Bertaz.de clauſulis inſtrum. clauſula* 16. *gloſ.*6.*n.*5.

3 Sic etiam appoſita gradibus à lege, regulariter includit, vt in §.*fin. inſtit.de ſucceſſione cognat.* notat *Card. Tuſch. pract. concluſ.tom.*2. *lit.D.concluſ.*291. *nu.*6. vbi *nu.*7. idem aſſerit ſi reſpiciat terminum hominis. & *nu.*8. idem ſi proferatur ab homine.

4 Nihilominus tamen dictio hæc non accipitur incluſiue, quando incluſio eſt contra legẽ, vt per tex. in *l.* 3. *in princip. &* §.1. *ff.de vſuris.*& in *l.*1. §.*fin. autem, ff. an per alium cauſæ appellationis reddi poſſint.* notant *Rebuff.d.gloſ.*3.*& in comment.ad d.l.abſentem, verſ. limitate.* Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1. *q.* 80. *nu.*92. Vel etiam quando oratio negatiua præcedit, vt in *l.ſi oleũ,* §.*fin. cum l.ſeq. ff.de dolo.Rebuff. d. gloſ.*3. Vel quando conſtat ex mente contrahentium, vel ratione abſurdi vitandi. *Gonzal.d.* §.1.*n.*11.*&* 12.

5 Quando hæc dictio ſit excluſiua, & quando incluſiua, ex coniecturis declarari poteſt, vt per *Card.Mantic. de tacitis, & ambig. conuent.lib.*4. *tit.*9.*n.*10. *Ferrer in conſtit.Cathalon.gloſ.*3. *n.*82.*cum ſeqq.*

6 Alia de hac dictione vide per *Rebuff. in d.l.abſentem, verſ.*

vſque

vſque. Burg. de Paz conſil. 25. *n.*25. *Azeu. ad l.*6. *num.*4. *tit.*3. *lib.*4.*nouæ recopil. Stephan.Grat. diſcept. forenſ. cap.*161.*num.*22. *D.Martam, d.clauſ.*77. *Cardin. Tuſch. d. concl.*291.*num.*6. *cum ſequentibus*.

DICTIO CCCLXXX. Vſquequo.

1 HAbet naturam ſuſpenſiuam, ac diſpoſitionem, ſeu acquiſitionẽ ſuſpendit. *Surd. conſ.*186. *num.*15. vbi *num.* 16. aſſerit quod licet dictio hæc principaliter importet tempus, tamẽ quando apponitur ad inchoationem alicuius beneficij, importat conditionem per text. in *l.pater*, §.*fin.* ff. *de condit.& demonſtr.* & in *l.legatum*, ff. *de annuis legatis*.

DICTIO CCCLXXXI. Vt.

1 PRoprie cauſam finalem oſtendit, vt in *l. ſi creditor*, ff. *de diſtract. pignor.* & in *l. emptori*, ff. *de euict.* & in *l.*4. ff. *de teſtib.* & in *l. in lege cenſoria* 203. *verſ. omnes denique*, ff. *de verbor. ſignific. cap. vt clericorum, de vita & honeſt. clericor. cap. vt debitus honor, de appellat. Clem.*1. *de re iudicata, Clem. vt hi qui*, Vbi *Cardin. notab.*1. *de ætate & qualit.* notant *Surd. conſ.*393. *n.*12. *Flamin. de reſignat. tom.*1. *lib.*3. *q.*5. *num.*11. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.*2. *lit. D. concl.*402. *n.*1. *Cened. pract. & canon. quæſt. ſing.*10. *num.*1.

2 Deſignat ſimilitudinem, acſi dictum fuiſſet, ſicut, vt in *l. vt hæredibus*, ff. *de legat.* 2. & in *cap. laudabilem de frigidis, & maleficiatis*. notant *Cened. d. ſing.* 20. *n.*7. *Octau. Vulpell. de prapoſition. & aduerb. ſignific. ſub dictione vſque, verſ. vt, pag.* 134. *col.* 2. vbi etiam aſſerit quod per eam denotatur omnimodà ſimilitudo etiam in ſubſtãtia, & qualitate. Item ſtat exemplificatiuè, vt aſſerit *Farin. de delictis, p.* 4. *conſ.*95. *num.*6.

3 Regulariter importat modum, & non conditionem, vt colligitur ex text. in *l. demonſtratio falſa*, §. *vlt.* ff. *de condit. & demonſtrat.* & in *l. Mæuia*, ff. *de manum. teſtam.* & in *l.*1. & 2. *C. de donat. quæ ſub modo:* notant *Molin. de primog. lib.*2. *cap.*14. *nu.* 40. & *cap.*15. *num.*28. *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *q.*146. *num.*5. *Pichard. in* §. *ſub conditione* 4. *num.*10. *inſtit. de verb. obligat. Card. Tuſch. d. concluſ.*402. *nu.*3.

Ioſeph. Seſſe Aragon. deciſ. 131. *n.*21. *P. Sanch. de matrim. lib.*3. *diſp.*33.*num.* 2. *Cened. d. ſing.*20. *num.*2. vbi *num.* 5. aſſerit facere modũ etiam ſi adijciatur dictio, vel clauſula, ea conditione; cui etiam ſubſcribit *D. Barb. in rub.* ff. *ſoluto matrim. par.*1. *n.*29. *per text. in d. l. Mæuia*, ff. *de manum. teſtam.* Verius tamen eſt dictionem hanc modum facere, quando adijcitur diſpoſitioni explicandæ per honoratum; conditionem vero, quando adijcitur diſpoſitioni explicandæ per grauatum, ita *Galgan. de condit. & demonſtrat. p.*2. *cap.*3. *q.*1. *num.*1. *&* 3. Iuncta cum dictione, ſi, vel cũ ablatiuis abſolutis, facit conditionem; ex *Surd. conſil.* 437. *num.* 33. *& D. Barb. d. part.* 1. *num.* 30.

4 Opportune hoc loco quæri poteſt, quando diſpoſitio cenſeatur conditionalis, vel modalis? In hac materia attenditur tantum effectus rei; quia ſi agatur, quod prius debeat impleri illud, quod per diſpoſitionem exprimitur, antequã emolumentum conſequatur, tunc diſpoſitio eſt conditionalis, quia prius adimpleri debet: ſecus autem eſt, quando aliquid implendum eſt poſt emolumentũ quæſitum, tunc enim diſpoſitio eſt modalis, quia prius conſequitur effectum, vt colligitur ex reſolutis per *Molin. d. lib.* 2. *cap.*12. *num.*5. *Menoch. conſ.* 131. *num.* 3. *Surd. de alim. tit.*9. *q.*16. *num.*40. *& deciſ.* 156. *num.* 5. *Cened. d. ſing.* 20. *n.*4. *D. Barb. d. par.*1. *n.*29. *Melchior Phœb. Luſit. deciſ.* 11. *n.*14. *& ſeq.*

5 In dubio præſumitur potius modus, quam conditio; vt tenet *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *q.*175. *num.* 15. *Stephan. Grat. diſcept. forenſ. cap.*44. *num.* 17. *& cap.* 136. *num.* 14. *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.*362. *num.*1. *in nouiſs.* Et conditio debet impleri ante quam emolumentum quæratur. *Surd. dicta quæſt.*16. *num.* 55. Et qui dicit conditionem adimplendam, debet probare. *Menoch. dicto lib.*4. *quæſt.* 181. *Flamin. de reſignat. lib.*1. *quæſt.* 3. *num.*40. *& lib.*10. *quæſt.* 3. *num.* 17. Qui non implet modum priuatur relicto ſibi commodo. *Menoch. conſ.*78. *nu.* 16. *&* 17. *Surd. d. tit.* 9. *q.* 16. *num.* 56. *& quæſt.* 23. *num.* 7. Et in modo non acquiritur actio, niſi prius præſtita cautione de eo implendo. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.*400. *num.*15. *cum ſeqq.*

6 Dictio,

6 Dictio, vt aſſeris, facit gratiam conditionalem, vt per *Marcheſan. de commiſsion. part.* 1. *pag.*305. *num.*115. Et in litteris penſionis etiam eſt conditionalis, idem *Marcheſan. pag.* 585. *num.* 36.

DICTIO CCCLXXXII.

Vt infra.

1 EST reſtrictiua, ex *Menoch. conſ.*86. *n.*71. vbi *n.*9. dicit quod ad ſequentia omnia refertur. In dubio ſtat demonſtratiue, nō limitatiue, vt tenet *Card. Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 399. *num.*5.

DICTIO CCCLXXXIII.

Vt ſupra.

1 EST repetitiua, & relatiua præcedentium qualitatū, & eorū quæ ſuperius dicta ſunt. *l. fin. cum gloſ. C. qui potiores in pignore habeatur*, plures claſsicos citat *Octau. Vulpell. de præpoſition. & aduerb. ſignific. ſub dict. vſque, verſ. vt ſupra, pag.* 135. *Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 21 *gloſ.* 27. *& clauſ.* 26. *gloſ.* 11. *& clauſ.* 27. *gloſ.* 1. *num.* 6. *Menoch. conſ.* 73. *n.* 24. *& conſ.* 124. *n.* 59. *& conſ.* 144. *nu.* 14. *& conſ.* 166. *n.* 11. *Surd. deciſ.* 291. *num.* 13. *& deciſ.* 319. *n.* 8. *& conſ.* 362. *n.* 9. *& conſ.* 369. *n.* 43. *& conſ.* 464. *n.* 10. *Brunor. a Sole in locis commun. verbo dictio, n.* 36. *Vincent. de Franch. Neapol. deciſ.* 87. *n.* 4. *Ceual. commun. contra commun. q.* 828. *n.* 130. *Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.* 2. *c.* 1. *n.* 19. *Galganet. de condit. & demonſtr. p.* 2. *c.* 1. *q.* 18. *n.* 14. *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 363. *n.* 2. *& concl.* 404. *à n.* 1. *Stephan. Grat. diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 575. *nu.* 36. *Melchior Phæb. Luſit. deciſ.* 71. *n.* 8. *tom.* 1. nouiſsime *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.* 125. *n.* 5. *tom.* 1. *p.* 1. *& deciſ.* 461. *n.* 9. *par.* 2. *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 55. *n.* 13. vbi *n.* 14. dicit quod hæc dictio iuncta gerundio magis coarctat ſequentem diſpoſitionem ad naturam præcedentis: quod etiam repetit *Bonon. deciſ.* 40. *puncto* 3. *num.* 13.

2 Reſtringit diſpoſitionem ad limites præcedentis diſpoſitionis, vt per *Card. Tuſch. d. concl.* 404. *n.* 3. & deciſum eſt nouiſsime in *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.* 49. *n.* 2. *tom.* 1. *p.* 1.

DICTIO CCCLXXXIV.
Vterque.

1 Est copulatiua, ſeu coniunctiua duorum, & vtriuſque collecti concurſum requirit, vt in *l. pen. C. de impub. & aliis.* notant *Rebuff. in comment. ad l. recte dicimus* 25. §. *Quintus Mutius, verſ. vtrunque, ff. de verbor. ſignific. pag.* 154. *Cald. Pereira de nominat. emphyt. q.* 3. *num.* 12. & *num.* 17.

2 Eſt diſtributiua; & tunc attribuit actum cuilibet inſolidum. *Viu. tom.* 2. *communi opin. lib.* 9. *tit.* 34. *n.* 65. *Octau. Vulpell. de prapoſit. & aduerb. ſignificat. in dict. vterque, pag.* 135. Coniungit, & non diuidit. *Maſcard. de probat. concl.* 1308. *n.* 7.

DICTIO CCCLXXXV.
Vtique.

1 Triplici modo accipitur. Primo pro, certe, vt in *l. armorum*, & in *l. inter ſtuprum*, §. *verum*, ff. *de verb. ſignific. gloſ. in l. vtique*, ff. *de rei vendicat.* Secundo pro, ita demum, vt in *l. diuortio*, §. *fin.* ff. *de negotijs geſtis*. Et etiam exponitue pro, ita, vt in *l. qui libertatis in fine*, ff. *de euict.* Tertio pro, tantum, vt in *l. non vtique*, vbi *gloſ.* ff. *ad municip.* notant *Curtius Iunior in l. quod te, n.* 35 ff. *ſi cert. pet. Octau. Vulpell. de prapoſit. & aduerb. ſignific. ſub dict. vterque, verſ. vtique, pag.* 136. *col.* 2.

2 Affirmat hæc dictio, & ampliat, vt per *Ioan. Garc. de nobilit. gloſ.* 6. §. 1. *n.* 23.

AVGVSTINI BARBOSAE PRESBYTERI VIMARANENSIS REMISSIONES DOCTORVM DE CLAVSVLIS.

CLAVSVLA PRIMA.

Actum, &c.

1 HAec clauſula poſita in teſtamento denotat illius perfectionẽ, & publicationẽ ex reſolutis per *Surd. conſ.* 187. *n.* 4. *D. Marta de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 4. *n.* 1. & *n.* 4. aſſerit quod poſita in fine teſtamenti denotat perfectionẽ ipſius, quãdo teſtamentum fuit lectum coram teſtatore, qui non contradixit. Et tunc etiam importat perfectionem inſtrumenti quãdo eſt in fine inſtrumenti poſita, non quando eſt in principio. *Surd. dicto conſ.* 187. *num.* 2. *D. Marta d. clauſ.* 4. *num.* 3. inquiſitione *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.* 714. *n.* 1. *tom.* 1. *p.* 1. & *deciſ.* 628. *num.* 3. *tom.* 1. *par.* 2. vbi etiam quod includit effectus ſubſcriptionis, ſigni, & rogitus.

2 Deficiente hac clauſula in inſtrumento deficit ſtipulatio à *Seraph. deciſ.* 949. *n.* 7. & *n.* 1. reſoluit quod illa deficiente ſcriptura dicitur imperfecta, cum non conſtet fuiſſe à partibus rogatum notarium.

CLAVSVLA II.

Ad beneplacitum.

1 Materia huius clauſulæ ſedet in *cap. ſi gratioſe de reſcript. lib.* 6. & de illius vi, & effectibus agunt *D. Marta de clauſulis, p.* 2. *clauſ.* 1. remiſsiue *Nicol. Garc. de benefic. p.* 5. *c.* 1. *n.* 539. *Hugo de clauſ. pag.* 496. *col.* 1.

2 Hæc clauſula facit conceſſionem perpetuam, per text. in *cap. ſi gratioſe, de reſcript. lib.* 6. tenent *D. Marta d. clauſ.* 1. *n.* 1. *P. Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſp.* 28. *nu.* 51. *Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 68. *nu.* 4. *in* 1. *edit. & reſolut.* 54. *in* 2. *edit.*

3 Importat non ſolum voluntatem, ſed etiam tempus. *Surd. conſ.* 524. *n.* 4. Aduerte tamen quod ſi dictum fuerit, ad beneplacitum & voluntatē, hæc clauſula importat liberam voluntatem, ſecus ſi fuerit dictum ad beneplacitum tantum, quia tunc importat arbitrium boni viri, vt docent *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 8. *nu.* 10. *D. Marta d. clauſ.* 1. *num.* 121.

4 Gratia ad beneplacitum Papæ vel Regis, morte Regis vel Pontificis expirat, vt probat tex. in *d. c. ſi gratioſe*, reſoluūt *P. Henriq. in Summ. lib.* 7. *cap.* 21. *nu.* 5. *Valaſc. de iure emphyt. q.* 34. *n.* 7. *Gutier. practic. lib.* 3. *q.* 11. *nu.* 19. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. §.* 1. *proœm. num.* 9. *cum ſeqq. & gloſ.* 12. *à princip.* Et huius rei veritatem ex profeſſo ſuo cum neceſſario apparatu multis ampliationibus, & limitationibus examinant *Menoch. de arbitrar. q.* 69. *per tot. Maſcard. de probat. concluſ.* 188. quos refert *Bernard. Graua. ad pract. cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 60. *conſid.* 3. *num.* 2. *Aloyſ. Ricc. d. deciſ.* 68. *n.* 6. *Farin. fragment. crimin. verbo bannum, à nu.* 103. *P. Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſp.* 28.

5 Magiſtratus ad beneplacitum creatus expirat morte conſtituentis, niſi à Principe creatus fuerit. *Molina de primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 5.

CLAVSVLA III.

Ad habendum, tenendum, & quidquid placuerit faciendum.

Hæc clauſula de ſtylo notariorum potius quam à partibus cēſetur appoſita, prout teſtatur *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. C. concl.*

*concl.*304.*n.*22. Et eſt intelligenda ſecundũ ſubiectam materiam. *D. Marta de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 5. *num.* 22. Et legitimè ſecundum quod iura in ea diſponunt *Card. Tuſch.d.lit.C.concl.*297. *n.*19.

2 Natura huius clauſulæ eſt non ampliare, nec alterare principalem diſpoſitionem. *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.*24.*num.*4. *Farinac. nouiſs. Rotæ deciſ.* 183. *n.*8. Vnde reſtringitur ad ea quæ ſolita ſunt contineri in cõtractu, cui apponitur, & intelligitur ſecundum naturam contractus. *Sereph.deciſ.*794. *n.*8.

3 Confert deinde facultatem alienandi, atque ita operatur tranſlationem dominij, & donationem inter viuos, ex reſolutis per *Menoch. conſ.*361. *nu.*39. *Surd. conſ.*450.*nu.*27. *D. Marta de clauſ.p.*2.*clauſ.*2.*n.*1.*Stephan. Grat. diſcept.forenſ. cap.*96. *n.*2. *& cap.* 586. *n.*3.*& Marchiæ deciſ.*42.*n.*6.*&* 7.*Card. Tuſch. d. lit.C. concl.*297. *à nu.*5. *Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.* 36. *n.*19. *Rota Rom.* nouiſsime *apud Farin. deciſ.*261. *nu.*4. *tom.*1.*par.*1. Si tamen ſubſequatur pactum prohibens alienationem irrequiſito domino non tribuit poteſtatem alienandi. *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſium, cap.* 344. *num.* 11.

4 Item operatur vt dominus teneatur inueſtire de vtili dominio eum in quem alienatio facta eſt. *D. Marta d.clauſ.*2.*n.*11. Et cogat Principem ad conſentiendum alienationi; *idem D.Marta d.clauſ.*2.*n.*6.

5 Operatur etiam tranſmiſſionem in quoſcumque hęredes, vt per *Stephan. Gratian. tom.* 3. *cap.*584.*n.*3. nouiſſimè *ſacra Rota Rom.apud Farinac.deciſ.*642. *n.*6.*tom.*1.*p.*1.*& deciſ.*294. *n.*3. *tom.*1. *p.*2. Limitatur hæc clauſula ſecundum naturam contractus. *Marcheſan. de commiſſion. p.*1.*pag.*975. *nu.*5. Et non iuuat inueſtitos, vbi eſt perſonalis, & reſtricta ad primum acquirẽtem nouiſſime *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ.*294. *nu.*8. *tom.*1. *p.*2. Et quando ſtat ſine reſtrictiua non reducitur ad terminos ſtipulationis eadem *Rota Rom. apud Farinac.deciſ.*642.*n.*5.*ead.p.*1.

6 Prӕterea æquipollet clauſulæ, & quibus dederit, & ideo facit emphyteuſim etiam eccleſiaſticam tranſitoriã ad hæredes extraneos. *Seraphin.deciſ.*1290. *nu.*12. nouiſſime *ſara Rota Rom. apud Farinac. deciſ.*435. *nu.*11. *tom.*1.*p.*1.*& deciſ.*642. *n.*6.*ead. p.*1.*& deciſ.*152.*num.*1.*& deciſ.*

294.

294.*n.*3.*& nu.*7.*Card.Tuſch.d. concl.*297.*à n.*9.*D.Marta d.p.*1. *clauſ.*5.*n.*1. vbi *n.*2. & ſupra dicti intelligunt quando poſita eſt in diſpoſitiuis, ſecus ſi in executiuis, *& n.*24. dicit quod poſita in emphyteuſi intelligitur ſecundum illius naturam, accedēte ſcilicet conſenſu domini. Et quando hæc clauſula dicatur poſita in executiuis, & quando in diſpoſitiuis. *Farinac.deciſ.*287. *n.*1.*& deciſ.*438.*n.*2.*tom.*1.*p.*1.

7 Non operatur hæc clauſula conſtitutum, neque traditionem poſſeſſionis fictæ, nec facultatem capiendi propria auctoritate. Card. *Tuſch.d.concl.*297.*à num.*19.

CLAVSVLA IV.
Ad libitum ſuæ voluntatis.

1 HAec clauſula importat liberum, & abſolutum arbitrium non iuris regulis limitatum. *Surd.conſ.*357.*n.*10.*Cardin.Tuſch.to.*2.*lit.D. concl.*307. *nu.*1. Denotat conditionem ſub beneplacito, & talis voluntas, ex facto venit declaranda. *Seraphin. deciſ.*821.*n.*2. Et ſi hæc verba iungantur cum verbo libere tanquam geminata magis operantur libertatem. *Cardin.Tuſch.d. concl.*307.*n.*2.

CLAVSVLA V.
Amoto quolibet illicito detentore.

1 MAteria huius clauſulæ ſedet in *cap. cum noſtris de conceſſ. præbendæ* de qua & eius effectibus vide *Rebuff. in praxi benefic. tit. forma & declaratio nouę prouiſionis, verſ. amota exinde quolibet illicito detentore Celſ.Hug.in tract.clauſ.pag.*483. *col.*2.*Campan.diuerſ.iuris canon. rub.*11.*cap.*13.*à nu.*280. *Anton. Gabr.to.*3.*commun.opinion. lib.*5. *tit. de acquirenda poſſeſſ. concl.*3. *nu.*16.*Brunor.à Sole in locis communib.verbo clauſ.n.*3. *Lancelot. de attentatis, p.*2.*cap.*4.*in præfat. à nu.*477. *Gonzal.ad reg.*8. *Cancel.gloſ.*9. §.1.*in annotat.n.*236. *cum ſeqq. D.Marta de clauſulis, p.*1.*clauſ.*10.*Aloyſ.Ricc.in collect. deciſ. p.*4. *collect.*826. *Card.Tuſch.tom.*1. *lit.C.concl.*319. *Marcheſan. de commiſſionib.p.*1.*pag.* 327.*&* 328.

2 Habet hæc clauſula vim expreſſionis coloratæ poſſeſſionis, de qua eſt facienda mentio, aliàs gratia eſſet ſubreptitia iuxta *d. cap. cum noſtris*; reſoluunt

Rebuff.

Rebuff. d. verſ. amoto exinde quolibet illicito dententore, in princip. D. Marta d. clauſ. 10. *n.* 1. qui hoc dicunt verum ſi hæc clauſula appoſita ſit in litteris principalibus gratiæ, ſecus ſi tantum in litteris executorijs per *Clem.* 1. *in fine de præbendis:* quod etiam tenent *Cardin. Tuſch. d. lit. C. concl.* 319. *n.* 2. & poſt Rotam *Aloyſ. Ricc. d. collect.* 826. *effectu* 1. *in limit.*

3 Appoſita in litteris beneficialibus quando nulla res iudicata præceſſit, nec fuit negotium diſcuſſum facit iudicem executorem mixtum & requirit ordinem iudiciarium, ita reſoluunt *Felin.* poſt Abb. & alios in *cap. de cætero, num.* 9. *verſ. ad illud de clauſ. amoto, cum n. ſeq. de ſentent. & re iud. Lancelot. d. cap.* 4. *in præfat. n.* 475. & 514. vbi *n.* 476. ſublimitat quando hæc clauſula eſſet contenta in Breui Apoſt. de capienda poſſeſsione ad fauorem litterarum, aut nomine Cameræ, *Gonzal. d. nu.* 236. *Aloyſ. Ricc. d. collect.* 826. *effectu* 2. *Nicol. Garcia de benefic. p.* 6. *cap.* 3. *nu.* 50. Et hæc clauſula quando faciat executorem mixtum late diſſerit *Marcheſan. de commiſſionib. parte* 1. *pag.* 309. *n.* 125. & *pag.* 328. *nu.* 130. vbi *n.* 134. reſoluit non tollere ſubreptionis vitium.

4 Executor gratiæ cum hac clauſula habet ſolum iuriſdictionem contra eos, qui de facto, & non de iure contradicunt. *Flores de Mena variar. quæſt. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 44. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 319. *n.* 7. *Marcheſan. de commiſſionib. p.* 1. *pag.* 328. *n.* 131.

CLAVSVLA VI.
Anteferri volumus.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ tractant *D. Marta de clauſulis, par.* 1. *clauſ.* 180. *Cardin. Tuſch. practic. concl. tom.* 1. *concl.* 316. *lit. C.*

2 Odioſa eſt, nec extendit vim ſuam, niſi ad ſibi ſimiles: & in litteris Apoſtolicis non operatur in præiudicium illorum, quibus ius eſt quæſitum in re. *Brunor. à Sole in locis communib. verbo clauſula, n.* 4. *D. Marta d. clauſula* 180. *num.* 6. *Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. deciſ.* 41. *n.* 9. *p.* 2. *Cardin. Tuſch. d. lit. C. concl.* 316. *n.* 3. *cum ſeqq.* & *nu.* 13. reſoluit quod gratia, anteferri, non præiudicat habenti gratiam motu proprio, quæ gratioſa eſt.

3 Reſeruationem continet *Rebuff. in concordat. tit. de mandatis Apoſtol.* §. 1. *pag.* 680. Et præſer-

præſeruationem iurium aliarum perſonarum operatur. *Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.54.n.16.*

4 Item hæc clauſula facit de poſteriori priorem,& inducit anterioritatem per fictionem, quæ veritatem nõ tollit. *Card.Tuſch. d.concl.316.n.8.*

5 Et ponitur in fauorem impetrantis. *Coſm.in pragmat.ſanctionum, tit. de collationib. verbo antellationum,pag.*178. Et ſuum non producit effectum, niſi ab eo in cuius fauorem facta fuit petatur. *Cardin.Tuſch.d.concl.316. nu.19. Cald. Pereira de poteſtate eligendi, cap.10.n.51.*

6 Deinde per hanc clauſulam ſublatum cenſetur omne ius ad rem quouis modo quæſitum, *cap.pen.de præbendis in 6. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.195.n.207.in 1.edit.& reſolut.177.n.4.in 2.edit.*

CLAVSVLA VII.

Appellatione remota.

1 MAteria huius clauſulæ ſedet in *cap. 1. de reſcriptis*, & in *cap.paſtoralis in princ. de appellation.* De illius vi & effectibus agunt *Couar.pract. cap.23.n.6.& 7.& cap.15.n.5. Celſ. Hug. in tract. clauſul. pag.* 481. *Vital.de Camban.eod.tract. pag.*14. *Rendina in promptuario receptarum ſentent.tom.1.tit.16. n.4. Pinel.in rub. de reſcind.vendit.p.1.cap.2.n.22. Maranta de ordine iudiciario,p.6.tit. & quandoque appellatur,n.38.Menoch. de arbitrar.caſu 197. Lancellot. de attentatis,p.2.cap.12.limit.8. n.40. D.Marta de clauſulis,p.1. clauſ.12. Sigiſmund.Scaccia de appellationib.q.16.limit.1.n.93. cum ſeqq.Marchesan.de commiſſionib.p.1.cap.10.nu.18. Fr.Emman.Roderic.quæſt.regular.to.1. q.8.art.13. Flamin. de reſignation.tom.2.lib.8.q.7.n.163. Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.9.§.1. in annot. n.244.cumſeqq. Card. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl.* 400. *cumſeqq.Bernard.Græuæ ad practic.cameræ Imper.lib.1.concluſ.* 135.*nu.2.Steph.Gratian,diſcept. forenſ.cap.41.num.17.& 18.Ioſeph. Seſſe de inhibition. c.8.§.2. à n.10. Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib. 2. cap.11. §. 5. n.18.* Et plures Doctores ex antiquioribus refert *Cened. ad Decretal.collect.128.nu.1.* vbi dicit ſingulare quod iudex datus appellatione remota deferendo appellationi, ex ignorantia iuris, vel ex propria voluntate facit vt ſentẽtia ab eo lata ſuſpendatur.

2 Nullus inferior à Principe hac clauſula vtitur. *Marantà d.p.6.tit.* & *quandoque appellatur, n.337. Mench. tit. de teſtatoris potentia lib.* 1. §. 6. *num.7.* Etiamſi eſſet legatus de latere, qui cum illa non poteſt reſcribere: *Scaccia d.quæſt.16. limit.1. num.106. & 109.*

3 Operatur hæc clauſula in omni cauſa tam principali quam incidenti. *Ceuall.commun.contra commun.tom.4. q.1. nu.933.* Et habet locum in cauſa reconuentionis. *Parlad. rerum quotidian. p.5. lib.2. cap.fin.* §.10. *num.14. Scaccia de appellat.q.17.limit.7. num.23. Marcheſan.de commiſſ. par.1.pag.301.n.60.*

4 Item operatur ne attentata reuocentur per viam attentati, quia licet appellatione pendente, nihil poſſit innouari, *in toto tit. ff. nil nouari appellatione pendente*: hoc tamen fallit ſi eſt commiſſa cauſa appellatione remota: nam hoc caſu non obſtante appellatione poterit per iudicem à quo appellatum eſt innouari, & ſententia executioni mãdari, ſecundum *Innocent. & Hoſtienſ.* quos refert & ſequitur *Fr. Emman. d.art.13. in fine*, & reſoluta *per Flamin. d. lib. 8. q. 7. nu.163. Scaccia d.q.16. limit.1. ſub n.94. & n.105. caſu.4.* Ex ea ratione quia iudex non tenetur deferre appellationi, ſi tamen pars appellauerit, & tali cauſa quæ ſi eſſet vera, deberet legitima reputari, poteſt adire principem, qui poterit appellationem admittere ſi ſibi viſum fuerit. *Fr. Emman. d.art.13. Stephan.Gratian. Marchiæ deciſ.51.* quam refert *Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p.1. collect.135. poſt medium.*

5 Operatur etiam, vt excommunicatio lata poſt appellationem teneat *Scaccia de appellat. q.17. limit.22. ſub n.56.*

6 Clauſula hæc intelligitur ſolummodo de friuola appellatione non de legitima, & ideo parum aut nihil operatur quando non eſt appoſita præuia cauſæ cognitione. *gloſ. verbo ante ſententiam, in fine in cap. vt debitus honos.59. de appellat. gloſ.2. in cap. ex parte 13. de officio deleg. Menach. d.caſu 197. à n.2. Lancellot. d.cap.12. limit.8. à nu.42. Brunor. à Sole d. verbo clauſula, nu.5. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.74. n.46. Cardoſo in praxi iudicum & aduocat. verbo clauſula 2. Io. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſtici, p.2. cap.2. nu.36. Marcheſan. de commiſſionib. p.1. cap.10. n.18. Scaccia d.q.16. limit.*

*limit.*1.*n.*93.*& 94. Ioſeph.de Seſſe de inhibit. cap.*8.§.2.*nu.*10. *Stephan.Gratian.d.cap.*41.*n.*18. *Cened.d.q.*45.*nu.*42.*&* 43. In priuilegijs tamen religiõnibus à ſummis Pontificibus conceſsis, quod ſcilicet ad executionem illorum procedatur appellatione remota, remotam eſſe omnem appellationem legitimam & friuolam aſſerit *Fr. Emman. d.q.*8. *art.*13.

7 Nihil etiam operatur ſi cõſtat de grauamine notorio. *Lancellot.d.cap.*12.*limit.*8.*n.*28.*cum ſeqq.Seraphin.d.priuil.*74. *n.*46. *Scacc.d.q.*16.*limit.*1.*n.*84.*Marcheſan. de commiſſionib. parte* 1. *pag.*302.*n.*79.*Stephan.Gratian. d.cap.*41.*nu.*17.*& tom.*3.*c.*494. *nu.*2.*Cardin.Tuſch.concl.*400. *à n.*5.*Gonzal.d.gloſ.*9.*nu.*245.*Cened. d.q.*45.*n.*44. Et ideo non tollit appellationem ſi iudex dolo malo, vel lata culpa ſententiauit. *Scaccia d.limit.*1. *nu.*83. Nec quando iniuſtitia ſententiæ eſt detecta, & notoria. *Cardin. Tuſch.d.concl.*400.*n.*21.*& n.*15. idem reſoluit quando proceditur abſque parte, & extra iudicium. Nec etiam impedit recuſationẽ iudicis. *Scacc.d.limit.*1. *n.*89. *&* 90. *Marcheſan.de commiſſionib.p.*1.*pag.*301.*n.*59.

8 Non operatur in his in quibus appellatio eſt ſpecialiter conceſſa à iure. *Scacc.d.limit.*1.*n.*80. *&* 81. *Marcheſan.de commiſſion. p.*1.*pag.*297.*n.*8.

9 Item nec operatur contra tertium, commiſſa enim cauſa appellatione remota non prohibetur tertius appellare pro eo quod ſua intereſſe putauerit. *Maranta d. tit. & quandoque appellatur, n.*339. *Menoch. de arbitr. lib.*1.*q.*9.*à n.*12. *& remed.*4.*adipiſcendæ, n.*845. *Laucellot.d.cap.*12.*ampliat.*14.*nu.*8. *&* 9. *Bart. in l.*1. *§. interdum, n.*4. *ff.à quibus appellare non licet. Rebuff.ad leges Galliæ tom.* 1. *tit. de litter. oblig.art.*1.*gloſ.*10.*n.*11. *Corſet. in ſuis ſing.verb.clauſ.Sebaſtian. Vant.de nullitat.tit.quis poſſit dicere de nullitate, num.*15. *&* 16. *Brunor. à Sole d. verbo clauſula* 6. *Gutier. in repet.l.nemo poteſt, n.*388.*ff.de legatis* 1.*& practic. lib.*1. *quæſt.*118.*n.*2.*Valdeſ.ad Xuar.in leges Regni limit.*2.*lit.B. pag.*124.*Mich.Graſſ.tom.*2.*commun.opinion.lib.*7.*tit.*24.*nu.*29. *pag.*323. *Bernard.Græu.d.lib.*1. *concl.*122.*n.*4. *Scacc.d.q.*16. *limit.*1. *num.*78. *& q.*17.*limit.*8. *memb.*4.*nu.*42. *Cardin.Tuſch.d. concl.*400.*n.*16.*Marcheſan.de commiſſionib. parte* 1. *pag.*067. *num.*

num. 90. Rendina vbi ſupra.

10 Deinde hæc clauſula non tollit appellationem à diffinitiua ſententia, ſed tantum ab interlocutoria. *Brunor. à Sole in locis communib. verbo clauſula* 5. *Cened. practic. & canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 45. *n.* 42. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 400. *n.* 17. Nec etiam tollit ſupplicationem ad ſuperiorem. *Scacc. q.* 17. *limit.* 15. *n.* 5. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 400. *n.* 24.

11 Clauſula, omni & quacumque appellatione remota, tollit omnino appellationem. *Scaccia d. q.* 16. *limit.* 1. *ſub n.* 96. Et prohibet in cauſa acceſſoria, & non tollit nullitatem, etiam in exequutione. *Marcheſan. de commiſſionib. parte* 1. *pag.* 301. *&* 302. *à num.* 56.

CLAVSVLA VIII.

Arbitrio Rotæ.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulę, vide *D. Marta de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 13. *Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1064. *& collect.* 1297. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. *in annotat. n.* 285. *cum ſeqq. Seraphin. deciſ.* 448. *n.* 1. *&* 4.

2 Hæc clauſula relaxat aliquatenus iuris rigorem. *Marcheſan. de commiſſionib. p.* 1. *pag.* 331. *n.* 156. *& pag.* 401. *n.* 36. *Seraphin. deciſ.* 1154. *nu.* 1. nouiſsime *ſacra Rom. Rota deciſ. apud Farinac.* 228. *n.* 2. *&* 658. *nu.* 1. *& deciſ.* 85. *nu.* 4. *& deciſ.* 179. *nu.* 2. *& deciſ.* 582. *nu.* 2. *tom.* 1. *par.* 1. Et debet aliquoties regulari prout de iure, præſertim quando eſt appoſita in prima commiſsione, & quando commiſſio emanauit à Signatura iuſtitiæ, idem *Farinac. deciſ.* 558. *n.* 1. *& deciſ.* 547. *n.* 1. *& deciſ.* 179. *n.* 1. *& deciſ.* 235. *n.* 1. *to.* 1. *par.* 1. *& deciſ.* 587. *nu.* 1. *tom.* 1. *par.* 2. Non habet locum ad reijciendum poſſeſsorium redintegrandæ, vt ſolum ſuper petitorio cognoſcatur idem *Farin. deciſ.* 652. *n.* 1. *d. p.* 2. Nec dat facultatem auferendi, vel lædendi ius partis *d. deciſ.* 652. *n.* 2. Nō poteſt impedire rem iudicatam. *deciſ.* 434. *n.* 3. *d. p.* 2. Non impedit manutentionem. *Marcheſ. de commiſsion. p.* 1. *pag.* 436. *nu.* 3. Nec defectum citationis. *pag.* 8. *n.* 3.

CLAVSVLA IX.

Auctoritate noſtra.

1 CLauſula hæc non importat iuriſdictionem ordinariam, ſed delegatam. *D. Marta*

ta de clauſul.p.1. clauſ.186.n.8. D.Barboſa in l.cum prætor 12.in princ.n.33.ff.de iudicijs. March. de commiſs. p.1. pag.64.nu.266. & pag.802.n.325.& pag.416. num.204.

CLAVSVLA X.

Caſu quo.

1 HAec clauſula facit actū conditionalem, vt reſoluit *Surd.conſ.268.num.8.& conſ.433.num.15.& conſ.452. num.39.*

CLAVSVLA XI.

Codicillaris.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ, vide *Hippol. conſ.118.n.6.vol.2. Anton.Gom. l.3.Tauri,n.71.cum ſeq. Menoch. conſ.326.n.39.cum ſeq.Maſcar. de probation. tom.1.concluſ.300. Perez ad l.1. verſ.ſexto ſolemnitas tit.2. lib.5. ordin.p.108. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ.2.n.31. Cardin. Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib. 1. tit.9. Surd. conſ.129.nu.38.cum ſeq.& conſ. 232.P.Molina.de iuſtit.diſp.132. tract.2.Cardin.Tuſch.pract.concluſ.tom.1. lit. C. concluſ.292.D. Marta de clauſ.p.3.clauſ.11. Ceual. commun. contra commun. q. 180. per totam & q.185. cum ſeqq. Farinac. in nouiſſ. Rota deciſ.452.n.1. Cardoſa in praxi iudicum & aduocat.verbo clauſula, nu.21. Bernard.Græuæ.ad pract. Cameræ imper. lib.2. concl.114. Stephan.Gratian. diſcept.forenſ. cap.48.n.4. cum ſeqq. Aloyſ.Ricc. in collect. deciſ.p.1. collect.59.& p.4.collect.1186.*

2 Omiſſa hac clauſula non debet ſubintelligi. *Brunor.à Sole in locis communib.verb.clauſ.7.* Producitur per illa verba, quiſquis mihi hæres erit, *Ceuall. commun. contra commun. q.607.* Et præſumitur ex voluntate teſtatoris potius quam ex capite notarij appoſita *Menoch. conſ. 87.n.50. Carot.deciſ.22.* quem refert *Aloyſ. Ricci. d. collect. 59. poſt med.* quod intelligit ſi teſtamentum publice coram teſtatore legatur: vel conſuetudo, ſeu ſtylus ſit illam apponi à notarijs, cui reſolutioni cōſentit *Maſcard.d.concl.300.n.21* quia cenſetur appoſita ex tacita voluntate teſtatoris, cum conſuetum ſit quod apponatur, *ex Farinac. in praxi crimin.p.6.tit.de falſitate & ſimulatione q.157.n.48.*

3 In teſtamentis inter liberos conditis tacite præſumitur ineſſe,

ineſſe, licet non reperiatur continuata *gloſ. in l.cohæredi, §.cum filiæ verbo non voluit in fine de vulgari*, communiter recepta per *Anton.Gom.l.3.Tauri, n.62. & 74. Cou.in c.Rainuntius, §.1. n.4.de teſtam.Coſta in cap.ſi pater, verbo, interdum, n.8. de teſtam. Cardin.Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 1. tit.9. nu.5.& lib.6.tit.2.nu.21.& 25. Ferrer in conſtit.Cathalon.gloſ.7. n.38.& tenent Clar.§.teſtamentum q.8.num.7.Matienſo ad l.1. gloſ.10.n.59.tit.4.lib.5. nouæ recopil.& d.l.2.gloſ.2.n.9. Gutier. in repet.l.nemo poteſt, num.241. ff. de legatis 1. & practic. lib.3. q.50.n.3. Surd.conſ.232.n.14. Ceuall. commun.contra commun. q.186.cum ſeq.Stephan.Gratian. d.cap.48.n.18.& cap.369.n.1.*

4 Quando vero eſt tacite intellecta non eſt paris potentiæ cum expreſſa. *Surd. conſ.* 232. *num.*28.

5 Clauſula hæc poſita in teſtamento operatur vt ſi teſtamẽtum non poſſit valere tamquam teſtamentum valeat tamquam codicillus, & omnia legata & fideicommiſſa ſuſtineantur. *l.1.* vbi *Bart. nu.3. ff.de iure codicill. Clar.in §.teſtamentum q.46.n.1. Matienſo ad l.2. gloſ.2. nu.9.& gloſ.10. n.4. tit.4. lib.5. nouæ recop.Surd.d.conſ.232.n.17.Gam. Luſitan.deciſ.126.nu.3.Cardin. Tuſch.d.concl.292.à nu.1.Cardoſo in praxi iudicum & aduocat. verbo clauſula, n.21.Aloyſ.Ricc. d.collect.1186.verſ.quintus.* Et qua actione petantur legata, quę conſeruantur per *Auth.ex cauſa C.de liberis præter.* vide *Rendina in promptuario recept. ſentent. tom.1.tit.de legatis, n.36.*

6 Primo operatur hæc clauſula vt teſtamenti caducatio impediatur. *Menoch. conſilio* 106. *n.*395. Et quod ſubſtitutus ſuccedat non obſtante quod inſtitutio fuerit caduca *ex Vincent. de Franchis deciſ.156.n.1.*

7 Secundò operatur rupto teſtamento per querelã ex *Bart. in Auth.ex cauſa n.23.C.de liberis præteritis*, quem refert *Ceuall. d.q.*185. reſoluunt *D. Marta d. clauſ.11.n.40.Stephan.Gratian. d.cap.48.n.8.*

8 Tertiò quando teſtamentum eſt nullum præteritione aut mala filij exhæredatione, quia tunc operatur repetitionem fideicommiſſi venientibus abinteſtato. *D.Marta d.clauſul.11. n.19.Gutier.practic.lib.3.q.50. n.7.Farin.ſacræ Rom.Rotæ deciſ. 568.n.3.tom.1.p.1.*

9 Quar-

9 Quartò ex præſumpta teſtatoris mente operatur vt ad reuocationem iuramenti teſtamẽto inſerti debeat fieri ſpecialis mentio in alio teſtamento, *Gabriel commun. opinion. lib. 4. tit. de teſtam. concl. 5. n. 10. Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 31. num. 13. Ceuall. commun. contra commun. q. 211. nu. 1. Stephan. Gratian. d. cap. 48. n. 19. Bernard. Græuæ. ad pract. cameræ imper. lib. 2. concl. 114. conſid. 1.*

10 Quintò poſita in teſtamẽto operatur vt hæredes ab inteſtato cenſeantur grauati quaſi per fideicommiſſum diſpoſita in teſtamento adimplere *l. fin. verſ. illud C. de codicillis, Bellacomb. tom. 2. commun. opinion. lib. 6. tit. 13. n. 256. verſ. nec enim, pag. 60. Valaſc. conſ. 68. n. 2.*

11 Sexto operatur ſi teſtamẽtum eſt nullum vt pure intelligatur relictum eſſe fideicommiſſum quo caſu legitima tantum, non tamen trebellianica deduci poteſt *Gutier. d. q. 50. n. 9.*

12 Septimò operatur repetitionem legati venientibus abinteſtato ex *Vincent. de Franchis deciſ. 1. n. 13. & 15.*

13 Octauò in teſtamento matris adiecta facit valere ſuam ſubſtitutionem directam iure fideicommiſſi vt per *Ferrer in conſtitut. Cathalon. gloſ. 1. n. 165.*

14 Non operatur in grauato reſtituere quod non detrahatur Trebellianica ex *Caualcan. de vſufructu mulieri relicto, n. 80.*

15 Decimo quod verba directa obliquentur *Matienſo l. 2. gloſ. 2. n. 9. tit. 4. lib. 5. nonæ recop. Surd. conſ. 232. n. 19. & 23. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 97. n. 4. Ferrer in conſtit. Cathalon. gloſ. 7. n. 135.*

16 Vndecimò ſuſtinet ſeu confirmat voluntatẽ defuncti, quando deficit ſimpliciter ob defectum ſolemnitatis, non autem eam alterat, vel extendit, iuxta reſoluta per *Valaſc. conſ. 183. nu. 12. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 369. n. 20.*

17 Duodecimò facit valere teſtamentum eo caſu quo hæres moritur in vita teſtatoris *Bellacomb. to. 2. commun. opinion. lib. 6. tit. 13. n. 259. pag. 62. D. Marta d. clauſula 11. n. 39.*

18 Decimotertiò appoſita in teſtamentis facit directam ſubſtitutionem flecti in fideicommiſſariam *Ferrer in conſtit. Cathalon. gloſ. 1. n. 176.* quia trahit ſecum ſubſtitutionem fideicommiſſariam nouiſſime *ſacra Rota Rom. apud Farinac. deciſ. 344. n. 10.*

num. 10. *tom.* 1. *parte* 2.

19 Clauſulæ hæc codicillaris non habet vim & effectum contra voluntaté teſtatoris, nec aliquid operatur in teſtaméto quod non valet propter defectum voluntatis, *Tiraq. in l. Si vnquam, verbo donatione largitus, n.* 266. *C. de reuocandis donat. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.* 84. *n.* 5. *Surd. deciſ.* 37. *n.* 7. *& conſ.* 232. *num.* 36. *Cald. Pereira quæſt. forens. lib.* 2. *q.* 26. *num.* 9.

20 Nec etiam operatur in teſtamento quod iure teſtamenti ſuſtinetur. *Surd. conſ.* 232. *n.* 38.

21 Nec deinde operatur qd' reciproca ſubſtitutio contineat fideicommiſſariam. *Surd. d. conſil.* 232. *num.* 13. *&* 16. *D. Marta d. clauſula* 11. *num.* 15. *cum ſeqq.*

22 Nec ſuſtinet teſtamétum patris, qui inſtituit turpem perſonam *Surd. de Alimentis tit.* 8. *priuil.* 95. *num.* 3. *Card. Tuſch. d. concl.* 292. *num.* 153.

23 Nec tollit remedium l. ſi vnquam C. de reuocãdis donat. *Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. num.* 82. *& verbo libertus n.* 105. *qui videtur ſibi contrarius.*

24 Pugna ingens eſt, an clauſula hæc ſuſtineat teſtamentum nullum ob præteritionem poſthumi? quia vero excultiſsimi optimeq; de iuris prudentia meriti queſtionis huiuſce enodationem ſumma induſtria inueſtigarunt ſuoq; cum inſtructiſsimo apparatu propoſuerunt eo omnino remittendus erat ſtudioſus. Adeat proinde ex profeſſo reaſſumentẽ *Anton. Gabri. tom.* 3. *commu. opin. lib.* 6. *tit. de Clauſulis concl.* 7. *&* 8 *pag.* 407. *Hippol. conſ.* 118. *nu.* 7. *vol.* 2. *Anton. Fab. Subaudiæ conſ.* 20. *p.* 1. *Vincen. Honded. conſ.* 74. *vol.* 1. *Surd. conſ.* 55. *n.* 13. *et conſ.* 232. *nu.* 39. *Clar.* §. *teſtamentum q.* 46. *num.* 1. *Franc. Viui.* Neap. *deciſ.* 422. *Marc. Anton. de Amatis Marchiæ deciſ.* 101. *Caualcan.* Fiuiz. *deciſ.* 29. *nu.* 7. *& num.* 22. *lib.* 4. *Surd. Mantuæ deciſ.* 54. *nu.* 10. *Theſaur. Pedam. deciſ.* 141. quem refert *Aloyſ. Ricc. d. collect.* 59. *Menoch. lib.* 4. *de præſumpt. q.* 32. *Azeuedo l.* 1. *num.* 70. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ Recopil. Fachina. controuerſ. lib.* 4. *cap.* 12. *cum duobus ſeqq. Petr. Gilchen. in Auth. ex cauſa à num.* 10. *C. de liberis præteritis. Brunor. a Sole de verbo Clauſula* 8. *Paul. Montan. de tutelis cap.* 12. *num.* 25. *Ceuall. d. q.* 180. *&* 181. *Stephan. Gratian. d. cap.* 48. *nu.* 9. *cum ſeqq. D.* Marta *d. clauſula* 11. *num.* 24. *&* 25.

CLAVSVLA XII.
Compareas ſi tua putaueris intereſſe.

1 HAec clauſula operatur, vt perſona non dicatur habilis ad comparendum nec audiri debeat, niſi conſtet de ſuo intereſſe; hoc eſt ſe ius aliquod in cauſa habere, vt probat *tex. in l. ſi vnus* §. *ante omnia ff. de pactis*, reſoluunt *Menoch. remed.* 4. *adipiſc. num.* 616. *cum ſeq. Surd. de alimentis. tit.* 1. *q.* 33. *num.* 13. *& deciſ.* 120. *num.* 11. *& deciſ.* 260. *num.* 3. *Bernard. Græuæ. ad practicā cameræ Imperialis lib.* 1. *concl.* 69. *num.* 1. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 302. *num.* 30. *& cap.* 387. Et qui fecit citare aduerſarium ſuum ad iudicium videtur eius perſonam approbare, adeo quod non poteſt poſtea illum reprobare. *Hyppol. in l. ſi quis ne quæſtionum.* 39. *ff. de quæſtionibus.*

2 Facultatem comparendi in abſolutā citati voluntatē cōfert, facitq; reum voluntarium non neceſſarium. *Surd. deciſ.* 26. *n.* 5. *Seraphin. deciſ.* 512. *nu.* 3. *Cæſar Argelo de contradictore legitimo q.* 3. *num.* 78.

CLAVSVLA XIII.
Conſcientiam tuam oneramus.

1 HAec clauſula non mutat naturam negotij, & potius denotat monitionem quàm conditionem. *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 157. *nu.* 9. *Marcheſan. de commiſſion. par.* 1. *pag.* 256. *num.* 85. *vbi num.* 89. dicitur quod eſt electiua induſtriæ perſonæ.

2 A ſententia iudicis, cum cauſa eſt commiſſa cum hac clauſula, non datur appellatiō vt per *Sigiſmund. Scaccia de appellationib. q.* 17. *limit.* 15. *num.* 3. *& num.* 5. aſſerit tunc poſſe recurri ad ſuperiorem per viam ſupplicationis.

3 Per hanc clauſulam in reſcripto Papæ videtur remiſſus rigor iuris ciuilis, ſicut per clauſulam Arbitrio Rotæ. *Seraphin. deciſ.* 448. *num.* 1. Et non operatur niſi reſpectu contrauentionum de facto, & vbi non adeſt poſſeſſor. idē *Seraphin. deciſ.* 1176. *n.* 5.

4 Delegatus cum hac clauſula non poteſt ſubdelegare, quia videtur electa induſtria perſonæ. *Menoch. de arbitrar. lib.* 1. *q.* 68. *nu.* 12. *& lib.* 2. *de præſumpt. q.* 21. *nu.* 12.

num. 12. *P. Sanch. de Matrim. lib.*8. *diſp.*27.*nu.*43. *Ioan.Franciſcus Leo in theſauro fori Eccleſiaſtici p.*1. *cap.* 15. *num.*49. *&* *p.*2.*cap.*2.*num.*16. *D. Marta de clauſ. p.*1. *clauſula* 253. *num.* 1. vbi *nu.*27. aſſerit quod per hanc clauſulam excluditur omnis exceptio & appellatio. Contrarium tamen, imò quod poſſit ſubdelegare, tenent *Nau.conſ.*2.*ſub tit. de offic.deleg.in antiq.F.Emman. quæſt.Regularium tom.*2. *q.*119. *art.fin. verſ. vltimo.*

5 Verba conſcientiæ tuæ cõmittimus denotant arbitrium boni viri, vt per *Menoch.de arbitrar.lib.*1. *q.*8.*num.*40.*Maſcar. de Probation. concl.*414.

6 Iudex non ſecundum conſcientiam propriam, ſed ſecundũ allegata, & probata debet iudicare. *l. illicitas* §. *veritas*, *ff. de officio præſidis ordinat. regia Luſitanorum lib.*3. *tit.* 63. *in princ.* *&* *tit.* 66.*in princip.* tenent *Viui. Neapol.deciſ.*178.*Tiber.Decian. tract.crimin.lib.*2. *cap.*14. *Clar.* §.*fin. q.*66.*n.*2.*Menoch.conſ.*92. *num.* 80. *cum ſeqq.* *&* *conſ.* 786. *n.vlt.Farin.in praxi crimin.p.*1. *q.*21.*num.*163.*cum ſeq.Maſcar. de probat. concl.* 948. *Caualcan. deciſ.*25.*num.*5.*p.*1. *&* *deciſ.*19. *num.*61.*&* *deciſ.*23.*nu.*10.*p.*3. *Barboſa de Clauſ.* *Seraphin.de priuilegijs iuramen. priuil.* 2. *in princ. Cened. ad Decretal.collect.*101.*n.*11.*F.Ludou. Miranda de ordine iudici. q.* 28. *art.*3.*Sayr in claui Regia lib.*12. *cap.*8.*nu.*6. *cum ſeqq. P. Leſſi.de Iuſtitia lib.*2.*c.*29.*dub.*10. *n.*84.

CLAVSVLA XIV. Conſtituti.

1 Materia huius clauſulæ ſedet in *l.quod meo*, *&* *in l. interdum*, *ff. de acquirenda poſſeſſ.* de qua, & eius effectibus latiſſime agunt *Tiraq. in tract. de iure conſtituti poſſeſſorij*, *Greg. l.*9.*tit.*30.*p.*3. *Menoch.conſ.*139. *Aloyſ.Ricc.in collect.deciſ.p.*1.*collect.*55.*&* *par.*2. *collect.*449. *D. Marta de clauſulis p.*1. *clauſ.*20.

2 Per hanc clauſulam vera transfertur in emptorem poſſeſſio *Tiraq. de iure conſtituti p.* 1. *num.*2. *&* *p.*2.*ampl.*1.*nu.*2.*Menoch.d.conſ.*139.*num.*24. *Ioſeph. Ludou. Peruſ.deciſ.*50. *nu.*6.*p.*1. *Gutier.pract.lib.*2.*q.*88. *num.*8. *&* *lib.*3. *q.* 64. *num.*23. *Valaſc. conſ.*106.*num.*2.*Cald.Pereira de reſolutione emphyt.cap.*6.*n.*25.*&* *num.*29.*&* *de Emptione cap.* 25. *nu.* 10.*Stephan. Gratian. diſcept. forenſ.cap.*175.*num.*3.*Ant.Gom. l.*45. *Tauri num.*78. vbi *nu.* 82.

 tenet,

tenet, quod per hanc clauſulam transfertur poſſeſſio quoties, is in cuius fauorem fit conſtitutum, eſt præſens, vel eius ratihabitio ſequitur. Et tunc apud conſtituarium eſt vera, & ciuilis poſſeſſio, ex *Viat. tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 1. num. 67. verſ. Et tanto. Menoch. d. conſ. 139. num. 11.* Et tranſit in eius hæredes *Gom. ad l. 40. Tauri num. 20. Menoch. d. conſ. 139. num. 30.*

3 Et vt per hanc clauſulam transferatur poſſeſſio requiritur quod transferens poſſideat tempore conſtituti, & de hoc articulos faciat, iuxta reſoluta per Hippol. *ſing. 521. Tiraq. de iure conſtituti p. 3. limit. 1. a princip. Ioſeph Ludou. Peruſ. deciſ. 68. nu. 1. p. 2. Maſcar. de probat. concl. 422 & concl. 1189. n. 3. et concl. 1211. n. 2. cum ſeqq. Gomez l. 45. Tauri n. 84. Valaſc. d. conſ. 106. nu. 11.*

4 Cõſtituarius tamen ob vim huius clauſulæ ſi non accipit poſſeſſionem infra decem annos, illam amittit, iuxta tradita per *Menoch. d. conſil. 139. n. 7.* vbi *nu. 28.* dicit hoc procedere eo caſu quo conſtituens deceſſit, & poſſeſſio deuenit ad eius hæredem, tenent etiam *Tiraq. d. tract. de iure conſtituti p. 3. limit. 21. Anton. Faber in ſuo C. tit. de Acquirenda poſſeſſ. definit. 10.* quem refert *Aloyſ. Riui. d. collect. 449. limit. 1.*

5 Poſſidens prior per conſtitutum præfertur, ſecundo habenti actualem poſſeſsionem, quia poſſeſsio eſt vera, licet modus ſit fictus, vt per *Iaſ. & Doct. in l. quoties C. de rei vendicat. Viui. lib. 7. commun. opinion. tit. 1. n. 67. Nicol. Mozz. de contractibus tit. de naturalibus emptionis nu. 33. & 34. Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 30. num. 5. Cald. Pereira de poteſtate eligendi cap. 8. nu. 4. & de reſolut. emphyt. c. 10. n. 23. Cardos in praxi iudicum, & aduocat. verbo emptio nu. 18.* citaui alios *in Remiſſion. ad Ordin. Regiam lib. 4. tit. 7. in princip. nu. 3.* quæ impreſſæ fuerunt Vlyſsipone, me præſente, anno Domini 1618. Nunc verò in hac Romana Curia poſt alteras in ius Canonicum prælo miſſas Remiſſiones, iterum illas cum alijs in ſacroſanctum Concilium Trident. auctas & emendatas, quantum fuerit, in lucem edam.

6 Interdictum vnde vi competit habenti poſſeſsionem per hanc clauſulam. *Tiraq. d. tract. de iure conſtituti p. 1. num. 69. & p. 2. ampl. 11. & tract. le mort. p. 6. declarat. 4. num. 5. Valaſc. conſul. 126. num. 11.*

7 Dein-

7 Deinde conſtituarius ſua poſſeſsione ſpoliatus poteſt intentare remedium recuperandæ poſſeſsionis *Menoch.d.conſ.*139. *n.*22.*Valaſc.d.conſult.*106. *n.*3.

8 Operatur hæc clauſula, vt non detur mandatum de manutenendo contra illum cuius nomine, quis ſe conſtituit poſſidere, vt per *Stephan. Grat. diſcept. forens cap.* 113. *num.*71.

9 Operatur etiam, & habet ſuam vim in emphyteuſi.*Valaſc. de iure emphyt. q.*18. *nu.*18. *cum duobus ſeqq.* Emphyteuta tamen alienans per hanc clauſulam nõ incidit in commiſſum. *Anton.Gomez l.*45.*Tauri n.*95.*Tiraq. de iure conſtituti p.*3. *limit.*26. *n.*5. *& 6.Valaſc.de iure emphyt.q.*18. *nu.*20. *Gama Luſitan. deciſ.*116. *num.* 1. Plures refert Doctores *Cened. ad Decretal. collect.* 144. *num.*10. quibus adde *Polydorum Ripam obſeruat.*342. quem refert *Aloyſ.Ricc. d.collect.* 55. *in fine* Cald.*Pereira de extinct.emphyt. cap.*6. *à nu.*23.*& cap.*5. *a n.*82. *Card.Mantica de tacitis, & ambiguis conuen. lib.*22.*tit.*28.*n.*33. *P.Rebello de obligat. iuſtitiæ p.*2. *lib.*13.*q.*4.*num.*7.

10 Operatur deinde, vt creditor poſſit agere ad bona obligata nulla facta prius excuſſione *Stephan.Gratian. diſcept. forens. cap.*38.*num.*8. vbi *num.*9. aſſerit hoc procedere etiam vbi res agitur inter duos creditores.

11 Non vero operatur hæc clauſula tranſlationẽ poſſeſſionis appoſita in contractu nullo, & à iure reprobato *Valaſ.conſul.*106 *nu.* 7. Appoſita enim in contractu nullo nullius eſt momenti *Ioſeph Seſſe Aragon.deciſ.*29.*nu.*19. *Cald.Pereira quæſt.forens. conſil.* 19. *num.* 43.

12 Nec in bonis emphyteuticis dotatis, vel donatis vni, & poſtea alteri venditis de conſenſu domini cum reali traditione, *Valaſc.de iure emphyt.q.*14.*n.*10.

13 Nec etiam operatur ſuum effectum tranſlationis poſſeſſionis appoſita in alienatione rei incertæ per verbum numerale. *Tiraq. de iure conſtituti par.*3.*limit.*19.*Gama Luſitaniæ deciſ.*56 *per tot. Brunor.à Sole in locis communibus verbo Clauſula num.*10.

14 Nec ſtante ſtatuto veram ac corporalẽ requirente traditionẽ, vt per *Stephan.Gratian.Marchiæ deciſ.* 238. *dub.* 2. quem refert *Aloyſ.Ricc.d. collect.*55.*poſt principium*.

15 Item non transfert poſſeſſionem in abſentem.*Tiraq.de iure conſtituti p.*3. *limit.*30.*nu.*52.

cum ſeqq. Gama Luſit. deciſ. 383. *n.* 2. *Valaſc. conſult.* 55. *num.* 3.

16 Nec extenditur ad futura. *Tiraq. de iure conſtituti p.* 21 *ampliat.* 32. *Menoch. conſ.* 122. *num.* 36. *&* *num.* 55.

CLAVSVLA XV.

Contradictores appellatione poſt poſita compeſcendo.

1 Operatur vt appellatio poſtea interpoſita non faciat quid cenſeri attentatum, nec effectum ſuſpenſiuum operatur, vt notatur per ſcribentes in *cap. paſtoralis*, §. *præterea de officio deleg. & per Philip. Franc. in cap. bonæ*, *nu.* 36. *de appellat. Rendina in promptuario receptarum ſentent. tom.* 1. *tit.* 16. *n.* 5.

2 Hæc clauſula ſemper ſolet apponi in parte executiua litterarum; & non comprehendit cõtradicentes de iure, ſed ſolum refertur ad contradicentes de facto, *gloſ. verbo contradictores & ibi Abb. n.* 9. *in cap. pro illorum de præbendis. Nouar. in cap. cùm contingat cauſa* 7. *nullit. n.* 3. *de reſcriptis*, *Flamin. de reſignat. lib.* 1. *q.* 4. *nu.* 44. *Fr. Emman. Roderic. quæſt. regular. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 12. *Zerola in praxi Epiſcopalip.* 2. *verbo contradictores*, *pag.* 33. *& verbo litteræ Apoſtolicæ*, *pag.* 66. *Lancellot. de attent. tit. de attent. appellat. pend. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 9. *n.* 41. *Rendina d. n.* 5. *Seraphin. deciſ.* 1471. *n.* 3. *p.* 2. *Campanili diuerſor. iuris canon. rub.* 11. *cap.* 13. *à num.* 234. *Cardin. Thuſc. tom.* 1. *pract. concluſ. lit. C. concluſ.* 320. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 1. *in annotat. num.* 242. *Barthol. Perett. in comment. ad extrauag. ambitioſæ*, *verbo infringere*, *nu.* 20. *de rebus eccleſiæ non alien. pag.* 268. *Nicol. Garcia de Beneficÿs p.* 6. *cap.* 2. *à n.* 115. *cum ſeqq.* vbi refert ad hoc Rotæ deciſionem. *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſ.* 21. *Marcheſan. de commiſſion. p.* 2. *pag.* 491. *n.* 4. *& p.* 1. *pag.* 960. *n.* 2. Importat hæc clauſula vt cenſeatur cõceſſa iuriſdictio iudicialis *Farin. ſacræ Rota Rom. deciſ.* 616. *nu.* 4. *to.* 1. *p.* 1. *Campanili d. cap.* 13. *n.* 235. *Mar. Anton. var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 66.

3 Executores virtute huius clauſulæ poſſunt excommunicare contradicentes ſine cauſa & de facto, qui eo ipſo cadunt à iure, quod in beneficio habent *Flamin. de reſignation. lib.* 8. *q.* 7. *num.* 158.

4 Delegatus virtute huius clauſu-

clauſulæ non poteſt alia pœna punire, quam per viam excommunicationis & interdicti *Azeuedo ad l.1.n.22.tit.5.lib.8.nouæ recopil.* Quia hæc clauſula capit turbantes iuriſdictionem delegati. *Marcheſan.de commiſſion.p.*1. *pag.*214.*num.*195. Et operatur proceſſum contra tertios *d.p.* 1. *pag.*214.*n.*192.

CLAVSVLA XVI.
Cum annexis & connexis, &c.

1 HAec clauſula intelligitur dũmodo annexa,& connexa non ſint talia,quæ alijs ſint cõceſſa *Card.Tuſch. pract.concl. tom.*1.*lit.* C.*concl.*325.*nu.*1. vbi *num.* 2. declarat de annexis, & connexis non remotis, ſed proximis. Et hæc clauſula negotium principale capit *Marcheſan. de commiſſionib. parte* 2. *pag.* 353. *nu.*72.& appellationem à grauamine, *parte* 1.*pag.*203.*num.*89. Et hæc clauſula cum annexis, & connexis,incidentibus, & emergentibus in appellatione à grauamine facit ſilere negotium principale *Marcheſan. d. tract. parte* 1. *pag.*203.*n.*904.

CLAVSVLA XVII.
Cum plena,& libera adminiſtratione.

1 HAec clauſula ponitur potius ex conſuetudine & ſtylo notariorũ, quam ex partium voluntate & conſenſu *Matienſo ad l.*7.*gloſ.*14. *num.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *nouæ recop.* Et reſtringitur per verba præcedẽtia & ſequentia ad præmiſſa;itaut hæc libera poteſtas non poſsit egredi fines præmiſſorum, probat *text. in c. qui ad agendum de procurat. lib.*6.reſoluit.*Rotæ deciſ.*295.*n.*3. *ni nouiſſ.nouiſſ.apud Farin.*

2 Operatur vt quis poſsit omnia facere, quæ principalis *Tiraq. de iure conſtituti p.* 3. *limit.* 13.*num.*12.*Gutier. de iuram. cõform. p.*1.*cap.*50. *num.*7.& 13. *Azeuedo l.*3.*nu.*3.*tit.*3.*lib.*5.*nouæ Recopil.*quos refert *Nicol.Garcia de Benefic.p.*5.*cap.*8. *nu.*74. *quibus adde Stephan.Gratian. Marchiæ deciſ.* 79. *num.*2. & *diſcept. foren. cap.*196.*nu.*13.*D.Marta de clauſulis p.*1.*clauſula* 119.*n.*1. nouiſsime *Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ.par.*5. *collect.* 1730.

3 Mandatum cum libera,&c. æquiparatur mandato ſpeciali vt probat *text. in l. procurator cum*

libera

libera & in l. mandato vbi gloſſa & Bart. ff. de Procurat. reſoluunt *Cou. Vari. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 3. *verſ. Quinto. Gregor. L.* 19. *verbo quando tit.* 5. *part.* 3. *Tiraq. de Retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 13. *nu.* 32. *Cotta in memorab. verbo procurator generalis pag.* 707. *Bellacomb. to.* 1. *commun. opinion. lib.* 2. *tit. de procuratoribus nu.* 54. *pag.* 319. *Flamin. de Reſign. tom.* 1. *lib.* 7. *q.* 24. *nu.* 12. *& tom.* 2. *lib.* 9. *q.* 7. *n.* 26. *& q.* 17. *num.* 31. *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſula* 26. *num.* 3. *& clauſula* 119. *num.* 2. *Bernard. Graua. ad pract. cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 72. *in conſider. num.* 4. *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 79. *num.* 1. *& diſcept. forens. cap.* 196. *num.* 12. *cum ſeqq. Cald. Pereira de emptione cap.* 15. *num.* 2. *cum ſeqq. & cap.* 23. *nu.* 6. *Farin. de delictis p.* 4. *deciſ.* 52. *nu.* 2. vbi *addit. lit. B. Camil. Borrel. in ſumma omnium deciſ. tit.* 66. *nu.* 241. *Mendez. à Caſtro in praxi Luſitana lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 38.

4 Vnde procuratori cum libera ad omnia negotia poteſt ſolui probat *tex.* in *l. Vero procuratori, in princip. & in l. qui hominem* §. *ſi Titium ff. de ſolutionib.* reſoluunt *Cald. Pereira de Emptione cap.* 23. *num.* 6. *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſula* 26. *num.* 2. & terminum ſolutionis prorogare ille poteſt *Cald. de empti. c.* 15. *n.* 5. Contrariũ tamen, quod ei non poſsit ſolui, tenet *Camill. Borrell. d. tit.* 66. *n.* 218.

5 Deinde etiam procurator cum libera ſine alio ſpeciali mãdato poteſt impetrare beneficiũ eccleſiaſticum *Nauar. in cap. ſi quando in princip. de reſcriptis pag.* 2. *& conſ.* 51. *de ſponſalibus num.* 3. *in antiq.*

6 Et impetrare diſpenſationẽ *Nauar. conſ.* 51. *ſub tit. de ſponſalib. à num.* 1. *in antiq. P. Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſp.* 26. *num.* 4.

Ac emphyteuſim renouare *Cald. Pereira de emptio. c.* 15. *n.* 4.

In quibus caſibus ſpeciale requiritur mandatum, nec ſufficiat conſtitutum eſſe procuratorem cum hac clauſula.

7 Primò procurator ad lites cum hac clauſula non põteſt recipere ſolutionem, cum ad hoc requiratur ſpeciale mandatum *l. hoc iure vbi Doct. ff. de ſolutionib. Tiraq. de Retract. lig.* §. 9. *gloſſ.* 3. *num.* 10. *Cardoſo in praxi iudicum & aduocat. verbo procurator num.* 31. *Cald. Pereira de emptione cap.* 23. *num.* 6.

8 Secundò nec poteſt remittere debitum *Cardoſo d. verbo procurator nu.* 43. *Camill. Borrell.*

in

in ſumma omnium deciſ. tit. 66. num. 236.

9 Tertiò, non poteſt alienare *D. Marta de clauſulis par.* 1 *clauſula* 26. *nu.*2. *verſ. hac clauſula. Cald. Pereira de emptione cap.*15. *num.* 2. *vbi contrarium videtur tenere.*

10 Quartò, non poteſt iurare ſine ſpeciali mandato *Surd. Mantuæ deciſ.*159. *num.*1. *Cardoſo d. verbo procurator num.* 24. *Et in iuramento fidelitatis reſoluit Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.*57. *num.*35. *& tit.*66. *num.* 197.

11 Quintò, non poteſt accuſare *l. fin. C. de pactis conuentis. Surd. deciſ.*89. *num.*19. vbi *n.*20. idem reſoluit in declaratione animi.

12 Sextò, non poteſt impetrare reſcriptum. *Cardoſo d. verbo procurator num.*32. *Gonzal. ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.* 63. *num.*17. *Perez. l.* 6. *verſ. quæro* 28. *tit.* 12. *lib.*3. *Ordin. pag.* 700. vbi ſecus aſſerit in reſcriptis gratiæ.

13 Septimò, non poteſt facere exemplationem inſtrumenti. *Cardoſo d. verbo procurator n.*35.

14 Octauò, non pôt matrimoniũ contrahere, eo quod mandatũ ad cõtrahendum matrimoniũ debet eſſe ſpeciale, cum expreſſione perſonæ, cum qua matrimonium contrahi debet, & non ſufficit mandatum generale ad contrahendum cum quacumque reſoluũt citati *à Cened. in collect. ſuper ſextum librum Decretalium collect.*3. *num.*2. quibus adde *Ioſeph. Ludou. tom.*3. *communium opin. tit. de* Mandato *concl.* 1. *verſ. duodecimo pag.* 513. *Tiraq. de iure mariti gloſſ.* 7. *num.* 111. *Fr. Emman. Roder. quæſt. Regular. tom.*3. *q.*17. *ar.*13. *Cald. Pereira in l. ſi curatorem verbo implorandum num.*6. *verſ. Facit. C. de in integrum restit. minor. Flamin. de Reſignat. lib.*10. *q.*8. *nu.*33. *Cardoſo d. verbo procurator num.* 33. *P. Sanch. de matrim. lib.*2. *diſp.*11 *num.*3. *&* 4. *P. Rebello de obligationib. inſtit. p.*2. *lib.*2. *q.*5. *nu.*1. *Franciſ. Molin. de ritu nupt. lib.*1. *comparat.*25. *num.*5. *cum ſeqq.*

15 Nonò, non poteſt recuſare. *Roland. conſ.*19. *num.*2. *vol.*3. *Stephan. Gratian. diſcept. forens. cap.*100. *num.*44. *Bernar. Graue. ad practicam Cameræ imperialis lib.*1. *concl.*33. *conſid.*4. *nu.*4.

16 Decimo, non poteſt ſubſtituere ſine ſpeciali mãdato *Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ rub.* 4. §. 5. *verbo ſans procuracion. n.* 4. *Surd. deciſ.*195. *num.*9.

17 Vndecimo nõ poteſt tranſigere

ſigere vel paciſci *l. procurator cui generaliter vbi gloſſa verbo procurator ff. de procuratoribus* Cardoſo *d. verbo procurator num.* 25.

18 Duodecimò, non poteſt compromittere *Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 66. num.* 176. *Cardoſo d. verbo procurator n.* 26 quamuis contrariũ teneant *Viui. tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4. *tit. mandati num.* 50. *Mench. Vſufreq. cap.* 68. *num.* 9.

19 Decimotertiò, non poteſt capere poſſeſsionem *Aloyſ. Ricci. in praxi Archiep. Neapol. deciſ.* 189. *num.* 194.

20 Decimoquartò, nõ poteſt iurare de calumnia vt probat *text. in cap. nullam* 3. *de iuram. calumniæ lib.* 6. tenent *Cou. in cap. quamuis pactum p.* 1. §. 5. *à nu.* 8. *& var. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 2. *Cotta in memorabil. verbo procurator, pag.* 709. *Franc. March. Delphin. deciſ.* 687. *num.* 1. *p.* 2. *Math. Coler. German. deciſ.* 115. *n.* 1. *&* 2. *Anton. Gabr. tom.* 3. *commun. opinion. tit. de mandato concl. vnica verſ.* 4. *requiritur. Mench. Vſufreq. cap.* 25. *à nu.* 16. *Pereg. Ianin. de citatione reali lib.* 3. *c.* 25. *n.* 161. *Fului. Pacian. de probation. lib.* 2. *cap.* 48. *nu.* 12. *Anton. del Re Tiburtin. de iuram. calumniæ, c.* 16. *per totum. Seraphin. de priuil. iuram. priuil.* 111. *n.* 4. *Gutier. practic. lib.* 1. *q.* 62. *Cald. Pereira in l. ſi iuratorem verbo implorandũ num.* 6. *Farinac. in praxi crimin. p.* 4. *deciſ.* 52. *nu.* 2. *& nouiſſ. Rotæ deciſ.* 117. *n.* 2. *Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.* 51. *de iuramento calumniæ, nu.* 16. *& tit.* 66. *de procuratorib. n.* 181. *Cardoſo d. verbo procurator, nu.* 36. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 105. *à n.* 21. *Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. deciſ.* 179. *p.* 2. Sufficit tamen ſpeciale mandatum, licet non ſit expreſſa in eo cauſa, in qua iurandum ſit, docent *Anton. Del Re Tiburt. d. cap.* 16. *nu.* 18. *Stephan. Gratian. d. cap.* 105. *nn.* 23. quamuis contrarium. defendat *Menchaq. d. cap.* 25. *n.* 17.

21 Decimo quintò non poteſt reſpondere poſitionibus *Rebuff. tom.* 3. *ad leges Galliæ tit. de reſponſ. per credit. art.* 1. *gloſ. vnica, n.* 15. *Menoch. conſil.* 80. *num.* 64. *vol.* 1. *Camill. Borell. d. tit.* 66. *num.* 210.

22 Decimoſextò, non poteſt petere reſtitutionem in integrũ, *l. illud,* §. *ſi talis, ff. de minor. cap. coram* vbi *gloſ. verbo mandatum de reſtitut. in integrum, Cou. d. cap.* 6. *in princip. Menoch. conſ.* 100. *n.* 298. *Maurit. de in integ. reſtitut.*

*reſtitut.cap.*23*.cumſeqq.Sfortia eod.tract.p.*1*.q.*31*.art.*12*.cum ſeqq.* Marc.*Ant.de Amatis* Marchiæ *deciſ.*97*.n.*6*. Pereg.Iannin. de reali citat.lib.*3*.cap.*21*.n.*159*. Cald. Pereira in l.ſi curatorem verbo implorandum à nu.* 4. *Gutier.pract.lib.*2*.q.*88*.n.*3*.* Morla *in emporio iuris p.*1*.tit.*5*.in prin. num.*22*. Ceuall. commun. contra commun. q.*135*. Farinac.de delictis p.*4*. deciſ.*52*.Bernard.* Graue*.ad pract.Cameræ imper.lib.*1*. concl.*143*.conſid.*1*.nu.*8*. Cardoſo d.verbo procurator,n.*27*.Camill Borrell.d.tit.*66*.n.*169*. Stephan.* Gratian.Marchiæ *deciſ.*196*.n.*4*. & diſcept.forenſ. cap.*105*.n.*25*.* vbi etiam reſoluit ad petendam reſtitutionem in integrum requiri ſpeciale mandatum, quamuis nō exprimatur perſona, vel cauſa in qua peti debeat reſtitutio. Intellige procedere ſolum quoties principaliter petitur reſtitutio; ſecus vbi incidenter, tunc enim ſpeciale mandatum non requiritur. *Bart. in l.cum procurator & ibi Iaſ. in princip. nu.*4*. ff.de noui operis nunt. Myſinger. cent.*2*.obſeruat.*26*. verſ. verum prædictū dogma.Kirchou.et Balb. tom.*1*. communium opinion.lib.*2*. tit.*23*.nu.*1*. cum ſeqq. pag.* 343*. Ioſeph. Ludou. concl.*30*. num.*10*. Hieron.*Magon*. Florentina deciſ.* 70*.n.fin. Cald. Pereira d. verbo implorandum num.* 11. Camill. *Borrell.d.tit.*66*.num.*170.

23 Decimoſeptimò, non poteſt pacem facere *Clar.lib.*5*.§.fi. q.*58*.num.*28*.Tiraq. in l. ſi vnquam verbo donatione largitus num.* 173.

24 Decimooctauò, nō poteſt donare *Maſcard de probat.concl.* 1308*.n.*10*.Flamin.d.lib.*9*.q.*17*. num.* 88. *Cald. Pereira d. verbo implorandum nu.*7*. verſ. ex quibus, & de emptione cap.*15*.n.*10*. Stephan.Gratian.* Marchiæ *deciſ.* 79*.num.*6*.Camill. Borrell. d.tit.* 66*.n.*246*. Cardoſo d.verbo Procurator num.*43.

25 Decimononò, non poteſt renuntiare inſtantiæ litis *Tiraq. d.verbo donatione largitus n.*175. *Maſcard.d.concl.*1308. *num.*15. *Camill.Borrell.d.tit.*66*.n.*250.

26 Vigeſimo, non poteſt renuntiare exceptionibus peremptorijs, quamuis poſsit dilatorijs *Tiraq. d. verbo donatione largitus num.*173.

27 Vigeſimoprimò, non poteſt renuntiare appellationi per ſe interpoſitæ *Tiraq.d.verbo donatione largitus num.* 174. *& de iure mariti gloſſ.*7. *num.*77. *Maſcard.dict. concl.* 1308. *num.*14.

Steph.

Stephan.Gratian.d.deciſ.79.n.6. Cardoſo d.verbo procurator n.43

28 Vigeſimoſecundò,nõ poteſt facere ea, quæ ſunt magni præiudicij, ſed requiritur ſpeciale mandatum *Menocb.conſil.331 num.90.& conſil.400.num.4.*

29 Vigeſimotertiò,nõ poteſt reſignare beneficium *Rebuff. in tract. nomination.q.14. nu. 112. Flamin.d.lib.9.q.7.nu.9.Cardoſo d.verbo procurator num. 40.* vbi *num.39.* idem dicit in collatione ſeu inueſtitura beneficij.

30 Vigeſimoquartò,non poteſt clericum ad beneficium præſentare *Card.Mantica de tacitis & ambig.conuen.tom.1.lib.7.tit. 16.num.39. Aloyſ.Ricci. in praxi rerum fori ecclef. deciſ.189.n.193 Cald.Pereira de emptione cap.15 num. 11.*

31 Vigeſimoquintò,non poteſt acceptare beneficium eccleſiaſticum *Cou.lib.3. Vari. c.16. num.4.& 5.Villalob.tom.1.commun.opinion.lib.4.tit.24. nu.15. pag. 611. Brunor. à Sole in locis communib.verbo* Mandatum 14. *Flamin.de Reſignat. lib. 10. q.6. num. 13.& q.8.num.34.Camill. Borrell.d.tit.66.num.165.*

32 Vigeſimoſextò,nõ poteſt facere ea ex quibus conſtituens cadat in pœnam, niſi ad ea facienda habeat ſpeciale mandatũ, probat *text. in l.ſi procurator ff.de condict. indeb. l. 3. §.ſi procurator ff. quod quiſque iuris,* vbi *Bar. Soar. de Paz.in practica tò. 1.par.7.cap.vnico à n.3. Azeuedò ad l.10.num.31.tit.1.lib.4. nouæ Recopil.Brunor. à Sole verbo mandatum num.13. Cald. Pereira de emptione cap.15. num.13.* Mandatum enim quantumcumque generale non extenditur ad ea per quæ dominus cadat in commiſſum,& delictum *l. Creditor §. Lutius ff. mandati, Surd. de Alimentis tit.9.q.26. nu.112. Cald. Pereira d.cap.15. num.12.*

33 Vigeſimoſeptimò,non poteſt remittere caducitatem ſine ſpeciali mandato *Menoch.conſil. 460.nu.14. Surd. Mantuæ deciſ. 181. num.15. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.49.n.28.Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.33.n.151.& tit.66. nu.214.* Nec etiam poteſt declarare caducitatem *Surd.d. deciſ.181.n.14.*

34 Vigeſimooctauò, non poteſt impetrare beneficium *cap. Odoardus de ſolution. & cap. peruenit de fideiuſſoribus,* cũ ad hoc requiratur ſpeciale mandatum, vt per *Marcheſan. de commiſſionib.par. 3. cap.1. §.1. num. 11. pag. 311.*

Man-

35 Mandatum cũ libera,&c. non inducit clauſulã, quod promittit habere ratum,& firmum quicquid per procuratorem factum fuerit, vt probat *gloſſ. in l. ſi procuratorem ff. de procurator. Cou.d.cap. 6.num.*4. quem refert *Nicol.Garcia de Beneſic.p.*5. *cap.* 8. *num.* 75.

CLAVSVLA XVIII.
Conſtito.

1 HAec clauſula eſt conditionalis *Marcheſan. de commiſſionibus parte* 1.*pag.*1123. *nu.* 81. nouiſsime *ſacra Rota Romana deciſ.*40.*nu.*1.*& deciſ.*701. *num.*5.*tom.*1.*p.*1.*apud Farinac. Campanili diuerſ.iuris Canon.tit.* 11.*cap.*13. *nu.*215. & facit gratiam conditionalem *Marcheſan. d parte* 1.*pag.* 320.*n.*57. Ac formam inducit *idem* Marcheſan. *parte* 2.*pag.*534.*num.* 3.

2 Requirit hæc clauſula veras ac concludentes probationes nec admittit præſumptiuas *Farinac. Sacra Rota Romanæ deciſ.* 532.*num.*1.*tom.*1.*par.*2. Et facit quod executor aſſumat partes iudicis *Marcheſan. d.parte* 1.*pag.* 277.*num.* 4.

3 Conſtito de aſſertis, facit, quod ex pluribus narratiuis non ſufficit vnum verificari *Seraphin. deciſ.*637.*num.*4.

CLAVSVLA XIX.
De plenitudine poteſtatis.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ vide *Celſ.Hug. in tract. Clauſularum pag.* 490. *Menoc. conſ.*1.*num.* 384.*& nu.* 423.*cum ſeqq.& conſ.*103.*num.* 82.*& conſ.*181.*num.*35.*Mench. de ſucceſſion.lib.*1.§.6.*nu.*11.*P. Henriq.in Sum.p.*1.*lib.*7.*cap.*27. *nu.*4.*lit.*C.*Surd.conſil.*303.*n.*17 *Azeuedo ad l.a.n.*25.*& l.*2.*n.*55. *tit.*4.*lib.*4.*nouæ Recop. Marcheſ. de commiſſionib.p.*2.§.*vnico n.*99 *cum ſeqq.pag.*421. *Lud. Rodolph. in tract. de ſuprema ſeu abſoluta Principis poteſtate cap.* 5. *&* 6. *Bernard.Grauæ.ad pract.Cameræ imperi.lib.*2.*concl.*56.*conſid.* 3.*in fine. D. Marta de Clauſulis p.*1.*clauſula* 195.

2. Hæc clauſula plus operatur quam illa, ex certa ſcientia, vel ſaltem à pari procedunt *Menoch. d.conſ.*1.*n.*427. *Rodolphin.d.c.*5. *num.*14. Imò tantam vim habet, quantæ habent duæ illæ ſimul, ex certa ſciẽtia, & motu proprio *Menoch.d.conſ.*1.*num.*386.

3 Inferior vti non poteſt hac clau-

clauſula niſi ex magna cauſa *Mench. tit. de teſtatoris potentia lib.* 1. §. 6. *num.* 11. Et non niſi cauſa cognita à Principe apponi poteſt *Molin. de primog. Hiſpanorum lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 12. parum enim operatur quando fuit proceſſum ſine cauſæ cognitione *Rodolphin. d. cap.* 6. *num.* 7. In dubio tamen vbi Princeps aliquid facit aut concedit de plenitudine poteſtatis præſumitur actum feciſſe cum cauſæ cognitione *Rodolphin. d. cap.* 5. *num.* 3. vbi *num.* 23. reſoluit iuſtam cauſam in eo præſumi.

4 Odioſa eſt hæc clauſula. *Rodolphin. d. c.* 5. *n.* 20. vbi *n.* 19. reſoluit quod ſi ſola hæc clauſula apponatur in conceſſione, conceſſio ipſa ſtricte interpretari debet, quia abſoluta Principis poteſtas dicitur odioſa.

5 In legitimatione à Rege conceſſa excludit citationem hæredum abinteſtato venientiũ *Gama* Luſitaniæ *deciſ.* 278. In ea enim non requiritur citatio *Brunor. à Sole in locis communib. verbo citatio* 9.

6 Habet vim clauſulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam, etiam habentem clauſulam derogatoriam *Matienſo ad l.* 3. *gloſ.* 12. *n.* 4. *tit.* 10. *lib.* 5. *nouæ Recopil. Rodolphin. d. cap.* 5. *num.* 4.

7 Obreptionem & ſubreptionem tollit *Rodolphin. d. cap.* 5. *num.* 15.

8 In contractibus nulla eſt *Ioſeph. de Seſſe* Aragoniæ *deciſ.* 187. *n.* 3. Non tollit enim quæſita per contractum. *Valaſc. conſul.* 129. *num.* 9.

9 Nunquam ſupplet dolum partis impetrantis *Fr. Emman. Roderic. quæſt. regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 15.

10 Non operatur in alterius præiudicium *Burgos de Paz. conſ.* 25. *n.* 45. *Rodolphin. d. c.* 6. *nu.* 11. *Ioſeph. Seſſe de inhibitionib. cap.* 4. §. 3. *n.* 14. *Marcheſan. vbi ſupra n.* 100. *Seraphin. deciſ.* 1082. *n.* 8.

11 Nihil operatur vbi ea vtens plene de negotio ob quod ea vtitur, informatus non eſt *Menoch. d. conſ.* 1. *n.* 426. *Rodolphin. d. c.* 6. *n.* 2. *D. Marta d. clauſ.* 195. *n.* 14.

12 Princeps non poteſt de plenitudine poteſtatis abſque iuſta cauſa quemquam dominio rei ſuæ priuare, & quando alicui iuſte à Principe auferuntur bona ſua, iuſtum debet ei ſolui prætium. *Tiraq. de pœnis temper. in præfat. à n.* 38. *cum ſeqq. Pinel. in rub. de reſcindenda vendit. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 12. *Mench. vſufrequent. lib.* 1.

lib.1.c.1.à n.6. Aegid.Boſſ.tract. de Principe, §.Princeps ſolum poteſt auferre dominium verſ. de plenitudine vero poteſtatis. Anton. Gabr.to.3.commun.opinion.lib.3. tit. de iure quæſito non tollendo concl.1.n.1. verſ.contrarium tamen. Brunor. à Sole in locis communib. verbo princeps 30. *Menoch.conſ.1.à n.424.& conſ.103. n.68.& conſ.307.n.51.Honded. conſ.86. n.4. vol.1. Fachin. controuerſ. lib.8. cap. 63. verſ. contrarium docuerunt multi. Pereg. de fideicommiſſis art. 52.ſub nu. 127.verſ.verum hæc, Azeuedo ad l.1. nu.23.tit.1.lib.4.nouæ recop. Rodolphin.d.cap.6.n.167.Gomez Leo deciſ.97. diuerſorum, quem refert Aloyſ.Ricc. in collect. deciſ. par.4. collect. 928. Bobadil. in ſua politica lib.2.cap.16.nu.162. Ceuall. communium contra communes par.4. q.906. num.355. Cabed.*Luſitaniæ *deciſ.18.nu.12. p.2.P.Azori.Inſtitut. Moral.p.1. lib.5.cap.15.col.426. Guido Pancirola in theſauro variarum lectionum lib. 1. cap. 23. Caſtillo quotidian. quæſt.lib.2.cap.28.& lib.3. cap.6. n.8. Bernar.Græua. d.concl.56.P.Sanch. de Matrim. lib.2.diſp.15.num.3.D.Marta de iuriſdict.p.4.cent.2. caſu* 195. *num.* 17. plures alios Doctores ex antiquioribus refert *Cenedo ad Decretal.collect.58.num.2.*

13 Sic etiam non poteſt Princeps de plenitudine poteſtatis reuocare priuilegia ſeu cóceſſiones illas, quæ in naturam & vim contractus tranſeũt, vel pro quibus pecunia interuenit, vel conceduntur in recompenſationem meritorum. *Anton. Gabr.d.tit.de iure quæſito non tollendo concl. 6. Rodolphin.d.cap.6.nu.170.Pinel. d.cap.2.col.penult.& vlt.Valaſc. conſult.72.num.5.& conſult.120 num. 9. Cabedo* Luſitaniæ *deciſ. 20.par.2.& deciſ.95.nu.14.ead. p. 2. D. Marta d. clauſula 195. num. 9.*

14 In dubio non præſumitur Princeps voluiſſe vti plenitudine poteſtatis *Surd. deciſ.2. num.20. Mench.Illuſtr.cap.26. n.8.Bern. Græuæ.d.lib.2.concl.56.conſid.3. num.6.& 7.Sigiſmund.Scaccia de appellationibus q.19. remed.1. concl.2.n.30.& 31.* qui limitant quando euidenter de voluntate eius conſtet; vel quando defectus eſſet expreſſus,quãuis actus aliàs eſſet nullus: vel quando actus peccaret in totum quoad formam iuris. Nam quæ ſine cauſa fiunt de plenitudine poteſtatis dicuntur per alluſioné fieri de plenitudine tempeſtatis, vt

per *P.Henriq.in Sum.p.2.lib.*14. *cap.*17.*num.*5. *in gloſſ.lit. Z pag. mihi* 1327.*Mench.Illuſtri.cap.*5. *num.*17.*Molina d.cap.*7.*num.*33 *Peregrin.de iure fiſci lib.*1.*tract.*3 *num.*65.*pag.*50.

15 Summus Pontifex tamen poteſt priuare quem ſuo beneficio ſine cauſa, quia omnia beneficia reſpectu illius ſunt manualia, & obedientialia; ideoq; in eis vti poteſt plenitudine poteſtatis. *Pinel.in rub. de reſcindenda vendit.p.*1.*cap.*2.*n.*29.*&* 30. *Nauar. de ſpolijs clericorum* §. 3. *Cotta in memorabilibus verbo beneficia pag.*73.*Viui.to.*1. *commu. opinion.lib.*1.*tit.*9.*n.*5.*pag.*181. *Anton.Gabri.tom.*3.*lib.*3.*tit.de iure quæſito concl.*1.*n.*9.*cum ſeqq. pag.*183. Menoch.*remed.* 15. *recuper.nu.*43.*cum ſeq. & conſ.*83. *num.*1.*& n.*15.*& conſ.*1.*n.*422. *& conſ.*181.*num.*49. *& de Præſumption.lib.*2.*q.*10.*n.*18. *Menc. V ſufrequen.q.*2.*num.*18.*Peregr. de iure fiſci lib.*1.*tit. de habẽtibus iura fiſcalia num.*24.*pag.*40.*Cenall. communium contra commu. q.*528.*Farin.de delictis p.*7.*fragmentorum crimin.lit.*C.*n.*87.*Cabedo* Luſitaniæ *deciſ.*18.*n.*13.*& deci.*36.*n.*2.*p.*2.*Nicol.Garcia de beneficijs p.*5.*cap.*4.*n.*2. Similiter de plenitudine ſuæ poteſtatis priuare poteſt prælatos eccleſiaſticos, & eos deponere etiam non citatos *Pinel.d.n.*29.*ad finẽ. Staphilæ. de litteris gratiæ tit. de vi,& effectu clauſul.n.*10.*fol.*67. *Tiraq.in tract.res inter alios n.*7 *Anton.Gabri.d.tom.*3.*tit.de citat. concl.*1.*à nu.*13.*pag.*87.*Nauarr. conſ.*3.*de ſponſalib.n.*15.*in antiq.* M*enoch.conſ.*1.*num.*425.*Peregr. vbi ſupra num.*25.

16 Papa enim eſt dominus cũctorum,& ſucceſſor Petri principis Apoſtolorum,in beneficialibus liberã, & pleniſſimã habẽs poteſtatẽ *Flamin. de reſignation. lib.*8.*q.*7.*n.*4.*cum ſeqq. P.Azori. Inſtitut.moral.p.*2.*lib.*4.*cap.*19. *col.*477.*Gonzal.ad reg.*8. *Cancel.* §.2.*proœm.num.*44.*cum ſeqq.* Eſt Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ *Flamin.lib.*11.*q.*13.*n.*132. *Zerola in praxi Epiſcop. par.* 1. *verbo pragmatica verſ. Ad tertium pag.* 268.*Cardin. Cæſar.Baron. to.*8. *annalium Eccleſiæ anno Chriſti* 595.*pag.* 64. *&* 68. Epiſcopus Epiſcoporum *Flamin. d.q.*7.*nu.* 100.Ordinarius ordinariorum *cap. Cuncta per mundum* 9.*q.* 3. *Gonzal.d.*§.2.*proœm. nu.*44. *Camill.Borrel. in ſumma omnium deciſ. tit.*4.*num.* 10. concurritq; cum omnibus ordinarijs *Gonzal.* §. 1. *proœm.à num.* 32.*&* §.2.*à*

princ.

princip. D. Marta de iuriſdict.p. 3.cap.21. à nu.15. Et habet pro propria diœceſi totum orbem *Gonzal. d.§.1. proœm.nu.8.* nullumq; in terris ſuperiorem recognoſcit præter Deum. *Flamin. de reſignat.lib.7.q.5.num.1. & 2.*

CLAVSVLA XX.

Dummodo alteri non ſit ius quæſitum.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ vide *Cardin. Tuſch. practicarum concluſ. tom. 1. lit.C.concl.329. Aloyſ. Ricci in collect.deciſ.p.4.collect.814.& in praxi rerum fori eccleſiaſtici deciſ.195.a n.204.in 1.edit. & reſolut.177.in 2.edit.*

2 Hæc clauſula ius quæſitum ad rem præſeruat *Marcheſan.de Commiſſionibus parte 1.pag.404. num.61.& 62.Cardin. Tuſch.d. concl.329.n.1.Aloyſ.Ricci.d.deciſ. 195.num. 204.* vbi etiam aſſerit quod ius quæſitum cenſetur per præſentationem *Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſtici p.2. cap.2. num.17.*

3 Non ſuſpendit litterarum Apoſtolicarum executionem, vt per *Aloyſ.Ricci.d.deciſ.195.n.210* Et intelligitur de iure valido, nō autem de iure nullo, & inualido nouiſſime apud *Farin. ſacra Romana Rota deciſ.504.num.3. & deciſ.624.n.1. tom.1.p.2.*

CLAVSVLA XXI.

Dummodo eorum diſpoſitio ad nos hac vice pertineat.

1 HAec clauſula appoſita in collatione beneficij, quod Papa aſſeruit reſeruatum, ſi non reperitur reſeruatum, & collatio ſpectet etiam ad Epiſcopū, Papa non intellexit conferre, quia licet ad eum in concurſu cū Epiſcopo ſpectet collatio, tamen intelligitur ſi ad ſolum Papam ſpectet in caſu iſto. *Card.Tuſch. practicae. concluſ. tom. 1. lit. C. concluſ. 328.*

CLAVSVLA XXII.

Etiamſi generaliter, vel ſpecialiter ſit reſeruatum.

1 CLauſula hæc in prouiſione beneficij, etiamſi dictum beneficium ſit generaliter, vel ſpecialiter reſeruatum, non eſt apta tollere omnes reſeruationes: quia non tollit reſeruationē, quæ vacauit in Curia, de

qua expreſſa mentio fieri debet, ita *Card. n. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. lit. C. concluſ.* 326. *n.* 1. vbi *num.* 2. ampliat non tolli reſeruationem ſpecialem de certo beneficio, & pro certa perſona: quia Papa non præſumitur tollere ius illi particulari, ideo non ſufficit: & *num.* 3. limitat ſi Papa in collatione dicat, etiamſi deuolutum vel reſeruatum exiſtat, quia cenſetur velle conferre ex iure deuoluto, vel ſibi reſeruato.

CLAVSVLA XXIII.

Et quibus dederit.

1 HAec clauſula facit, quod competat facultas alienandi *Seraphin. deciſ.* 353. *nu.* 5. Et in conceſſione feudi operatur quod in alienatione nouus domini conſenſus non requiratur, ſecus ſi habeat adiectum verbũ in feudum, vel titulo feudi idem *Seraphin. deciſ.* 99. *n.* 1.

2 Poſita in contractu nõ tranſitorio ad hæredes extraneos, operatur quod etiã hæredes extranei dicantur cõprehenſi *Tuſc. practic. concluſ. tom.* 1. *lit. C. concl.* 295. *n.* 1. & *n.* 5. reſoluit quod licet emphyteuſis & feudum de ſui natura non tranſeat ad extraneos, tamen tranſit ſi concedatur cum hac clauſula, & *nu.* 6. tenet, quod operatur emphyteuſim etiam Eccleſiæ tranſire ad hæredes extraneos, data ſcilicet capacitate, vt ipſe intelligit *n.* 20.

CLAVSVLA XXIV.

Et ſi plus valet, donat.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ ex profeſſo aliqua tradunt *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſula* 246. *Card. Tuſch. practicarum concluſ. tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 298. *Celſ. Hug. in tract. clauſularũ pag.* 512. *col.* 2. *Saluſt. Tiber. in formul. inſtr. c.* 2. *nu.* 18.

2 Hæc clauſula perfunctorie, & veluti ex more, & ſtylo potius notariorum apponitur, quam ex mente contrahentium, prout dicunt *Matienſo ad l.* 7. *gloſſ.* 3. *n.* 5 *tit.* 11. *lib.* 5. *nouæ recopil. D. Marta d. clauſula* 246. *num.* 5.

3 Tollit tamen læſionem, & ſimulationem ex *Alexand. conſ.* 28. *nu.* 6. *lib.* 1. *tenet Card. Tuſch. lit. S. concl.* 262. *num.* 47. Data vero enormiſſima læſione nihil operatur vt per *Franciſc. Molin. de ritu nuptiarum lib.* 3. *q.* 93. *nu.* 371. Verba enim huius clauſulæ ſunt captioſa, & referri debent ad modicam importantiam, & non tam prodigam, ex qua dolus, & mali-

malitia argui poſſit *Marcheſan. de commiſſionibus p.*2. §.3. *nu.6. pag.*168. Importat ergo modicã donationem vt reſoluit *Seraphi. de priuilegijs iuramen. priuil.*83. 83.*num.*16. *&* 18.

4 Quando hæc clauſula apponitur in inſtrumento venditionis à beneficio *l.* 2. C. *de reſcindenda vend.* venditorem non excludit, ſi ignorans rei valorem illam appoſuit, illa enim operatur tantum in eo, qui verum rei venditæ à ſe valorem ſciebat, ſecus ſi ignorabat. *Couar. lib.* 2. *Vari. cap.*4. *n.* 2. *Gaſp. Roderi. de annus redditib. lib.*1. *q.*8. *n.*10. *& q.* 11. *à nu.* 6. *Morla in emporio iuris p.*1. *tit.*9. *q.*20. *&* 24. *Ceuall. communium contra communes q.* 511. *P. Ioann. Salaz de contract. tract. de empt. dubit.*27. *num.* 8. *Franciſc. Molin. de ritu nuptiarũ lib.*3. *q.*78. *nu.*27. *fol.*330. Apud Luſitanos tamen hæc opinio non recipitur, nec aliquid operatur hæc clauſula in inſtrumento venditionis, etiamſi ab ignorante rei valorem apponatur, quod ad tollendas fraudes, & obuiandas hominum malitias ſanciuit *ordinatio regia lib.*4. *tit.*13. §. 9.

CLAVSVLA XXV.
Ex certa ſcientia.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ late *Celſ. Hug. in tract. clauſularum*, *pag.* 241. *Molina de primog. Hiſpan. lib.*2. *cap.*7. *num.*15. *cum ſeqq.* *Menoch. conſ.*1. *nu.*431. *cum ſeqq. & conſ.* 36. *n.* 17. *& nu.* 59. *cum ſeq. & conſ.*156. *n.*45. *& conſ.*181. *n.*36. *Mench. de ſucceſſion. lib.*1. §. 6. *à n.*10. *Perez l.*5. *verbo quæro* 15. *tit.*12. *lib.*3. *ordin. pag.*694. *Anton. Gabr. tom.*3. *commun. opinion. lib.*6. *tit. de clauſulis concl.*1. *Maſcard. de probationib. concl.*1210. *n.*7. *Azeuedo ad l.*2. *n.*55. *tit.*14. *lib.*4. *nouæ recopil. & l.*3. *n.*5. *cum ſeqq. eod. tit. & lib. Marcheſan. de commiſſionibus, p.*1. *cap.*2. *à n.*23. *P. Henriq. in ſum. p.*1. *lib.*7. *c.*27. *num.*4. *lit. B. pag.*563. *Surd. conſ.* 303. *n.*17. *& conſ.*313. *n.*28. *Valaſc. conſult.*130. *n.*6. *& nu.*33. *Cabedo* Luſitaniæ *deciſ.* 2. *nu.* 3. *p.*2. *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.*1. *lit. C. concl.*340. *P. Soar. de legibus lib.* 8. *cap.*18. *à n.*4. *Gonzal. ad reg.*8. *Cancel. gloſ.*45. §. 1. *nu.*75. *& ſeq. Nicol. Garcia de benefic. p.*3. *c.*2. *n.*225. *Bernard. Grauæ. ad practicam cameræ Imper. lib.*2. *concl.*1. *num.*46. *Ludou.*

Rodolphi.de ſuprema ſeu abſoluta Principis poteſtate, cap.5. n.13. & cap.6.n.5.cum ſeqq. D.Marta de clauſ.p.1. clauſ.206. plures ex antiquioribus refert doctores *Cened. ad Decretal. collect. 53. num.3.*

2 Hæc clauſula æquiparatur clauſulæ de plenitudine poteſtatis *Cotta in memorabilibus verbo clauſ.pag.115. Brunor. à Sole in ſuo compendio verbo clauſula 17. Molin.de primog.lib.2.c.7.n.17. Mench.controuerſ.illuſtr.cap.26. n.3. Menoch. conſil.103. nu.50. Matienſo ad l.7.gloſ.7.n.4. tit.7. lib. 5. nouæ Recopilat. Auend. ad l.40.Tauri gloſ.11.n.28.Cardin. Tuſch. d. concl.340. n.11. Marcheſan. de commiſſionib.p.1.pag. 65.n.152.*

3 Deinde habet vim clauſulæ, motu proprio, *Gabr. d.tit.de clauſ.concl.1.n.27. Card.Tuſch. d. concl.340. nu.22.* Et clauſulæ, pro expreſſis, *Gabr.d.concluſ.1. num.26.*

4 Inferior vti non poteſt hac clauſula *Mench. tit. de teſtatoris potentia lib.1.§.6.n.10.*

5 Confirmatio ex certa ſciētia, & cum cauſæ cognitione illa dicitur, in qua eſt inſertus tenor rei confirmatæ, vel ſaltem narrat eius ſubſtantiam, & eſt expedita præcedente ſolita diſcuſſione, itá citati *à Nicol. Garcia de benefic. p.3. cap.2. n. 226. cum ſeq.* quibus adde *Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1592. Cardin. Tuſch. d. lit. C. concl. 341. Seraphin.deciſ.981. num.2.* vbi tenet quod hæc clauſula non operatur niſi totus tenor Papæ innotuerit, & inſertus fuerit: facit enim prǽſumptionem informationis in Principe *Farin. ſacræ Rom.Rotæ deciſ.180.n.2.tom.1.p.2.*

6 Hæc clauſula viam præcludit vlteriori cognitioni, & facit præſumere quod Papa voluerit vti plenitudine poteſtatis *Card. Tuſch.d.concl.340.n.22. Moneta in tract. de decimis, cap. 9. q.3. num.134.*

7 Habet vim ſpecialis derogationis cum de leui præiuditio alterius agitur, ſecus ſi de graui, ita ex *Alexandro, Ruino, Grammat.* & alijs reſoluit *Menoch.conſil.36.num.59.* Et vbi apponitur apparet quod Princeps voluit præiudicare etiam illi cui erat ius quæſitum ex *Paulo, Caſtro, Decio*, & alijs quos citat, tenet *Brunor. à Sole in locis communib.verbo clauſula, n.19.*

8 Appoſita in reſcripto, quo Princeps aliquem promouet ad aliquam dignitatem, ſolum operatur

ratur circa ſubſtantiam gratiæ, præſuppoſita perſonæ habilitate, non autem operatur circa vere ignorata, *ex Bald.& Felin.* tradit *Brunor.à Sole d.verbo clauſula, n.* 16. Et per illam ſubſtantialia, & ſolemnitates ſupplentur & ſanantur, quando proceſſum fuit parte citata,& cum cauſæ cognitione, aliàs non, vt ex *Vantio* notat idem *Brunor. dicto verbo clauſula, n.* 15.

9 Diſpenſat hæc clauſula ſuper inhabilitate, vt aſſerit *D. Marta de iuriſdict. par.4.cent.2. caſu 176.n.4.*

10 Citationem partis tollit *Gabr. d.concl.* 1.*n.* 11. Et in legitimatione à Rege conceſſa excludit citationem hæredum abinteſtato venientium *Gama* Luſitaniæ *deciſ.*278.*n.* 1.

11 Actum nullum, & inualidum confirmat *Gabr. d. clauſ.* 1. *n.* 1. *Cabedo* Luſitan. *deciſ.*2.*n.*3. *par.*2.

12 Omne iuris obſtaculum remouet *Franciſc.Leo in theſauro fori eccleſiaſt.p.*4.*cap.*1.*n.*55.

13 Condictionem indebiti tollit *Gabr.d.concl.*1.*n.*39.

14 Hæc clauſula non operatur, vbi in Principe poteſtas deficit *Cou. lib.3.vari.cap.6. n.9.*

15 Nec etiam operatur in his quæ in facto conſiſtunt, & de quibus Princeps non præſumitur habuiſſe notitiam *Cotta d. verbo clauſula, pag.* 113. *Menoch. conſil.*1.*n.*432. *Brunor.d.verbo clauſula* 18. *P. Sanch. de matrimon. lib.* 8. *diſput.* 4. *n.* 6. *Rodolphin. d. tract. de ſuprema, ſeu abſoluta Principis poteſtate, cap.6. num.* 5. *Card. Tuſch. d.lit. C. concl.* 340. *n.*44. *Marcheſan.de commiſsion. p.2.pag.*357. *n.*94. *Seraph.deciſ.* 268.*n.*5. *Vincent.de Franch. deciſ.* 192. *n.*18. *Aldrete pro omnimoda regul.exempt.p.*2.*c.*1.*n.*11.

16 Nec habet locum quando Princeps aliquid concedit ad inſtantiam partis, vt per *Seraph. de priuileg.iuramenti,priuil.*107. *num.* 38.

17 Nec operatur vbi conſtat de errore. *Seraphin. d. tract. de priuileg.iuram.priuil.*90.*n.*5.vbi *nu.*3. aſſerit quod impedit poſſe allegari errorem,idem tenet *Donat. à Fina, tom.*1.*commun.opin. lib.*1.*tit.*20.*n.*122.*pag.*263.

18 Non ſupplet erroneam, & falſam informationem, ex *Valaſc.conſult.*130.*n.*33.

19 Nec purgat falſitatem narratorum *Ioſeph. Seſſe* Aragoniæ *deciſ.*113.*n.*165.

20 Non operatur parte abſente, quæ non contradixit,maxime

quando fuit adhibita ſine cauſæ cognitione *Brunor. à Sole d.verbo clauſula,n.*15.

21 Nihil etiam operatur in præiuditium tertij *Burgos de Paz conſ.*25. *nu.*45. *Menoch. conſ.*1. *num.*431. *Brunor. à Sole d.verbo clauſula, n.*15. *& nu.*25. *Rendina in promptuario recept. ſentent. to.*1.*tit.*16.*n.*11.*Molina d.lib.*2. *cap.*7.*n.*23.*Card.Tuſch. d.lit.C. concl.*340. *num.*38. *cum ſeqq. D. Marta de clauſulis p.*1. *clauſula* 72.*n.*10.*Rodolphin. d.c.*6.*nu.*14. vbi etiam aſſerit quod aliquid operatur, quando agitur de modico vel leui prȩiuditio partis,ſecus vero ſi de maximo agatur; quamuis cõtrarium ſequatur *D. Marta de iuriſdict. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 176.*n.*5.

22 Nec etiam operatur vbi adeſt clauſula derogatoria. *Alexand.Trentaſinq. var.reſolutionum lib.*1.*tit.de reſcriptis reſolut.* 6.*n.*12.*verſ.nota quod clauſula*.

23 Non tollit vitium ſubreptionis. *Rodolphin.d.cap.*5.*n.*13. *Nicol. Garcia de benefic. par.* 3. *cap.*2. *num.*233.

24 Nec operatur, vt poſterior diſpẽſatio, non facta prioris mentione, minime ſit ſubreptitia *P. Sanch. de Matrim. lib.* 8. *diſp.*22.*n.*8.

25 Nunquam ſupplet dolum partis impetrantis *Fr. Emman. Roder.quæſt.regular.tom.*1. *q.*8. *art.*15.

26 Non tollit læſo remedium *l.*2.*C.de reſcind.vendit.* vt ibi tenet *Pinel.p.*1.*cap.*2.*n.*23.

27 Nec tollit defectus naturales *Gabr.d.tit. de clauſulis concluſ.*1. *n.*41. *vbi num.*43. aſſerit quod non tollit defectum perſonæ.

28 Hæc clauſula nõ niſi cauſa cognita apponi poteſt *Molina de primog.lib.*3.*cap.*3.*n.*12. *Menoch.conſil.*1.*n.*433. Et ſi non ſit expreſſa hæc clauſula ſufficit de ea tacite conſtare, vt probat *text. in l.idem Vlpianus*, §.1. *ff.de excuſat. tutorum* tenet doctiſſimus Luſitanus noſter, & colendiſsimus *D. Petrus Barboſa ad l.ſi quis poſteaquam, n.*126.*ff.de iudicijs*.

CLAVSVLA XXVI.
Ex nunc, prout, ex tunc.

1 HAec clauſula appoſita in reſcriptis Apoſtolicis eſt retrotractiua ad tempus datæ, & operatur, vt conditio retrotrahatur, & vt actus videatur à principio pure factus, vt cum *Bart. Alexand.* & alijs reſoluunt

Brunor.

Brunor. à Sole in locis communibus, verbo clauſula 20. *Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.*20. *n.* 383. Facit retro transferri dominium, & poſſeſſionem. *D. Marta de clauſulis,p.*1.*clauſ.* 54. *& p.*2. *clauſ.*27. *n.*1.

2 Operatur quod vnum tẽpus videatur alteri ineſſe. *D. Marta d.clauſ.*27.*n.*1.*Stephan.Gratian. diſceptat.forenſ. cap.*239.*nu.*18. *Saluſt.Tiber.in formul.inſtrum. lib.*1.*cap.*5.*n.*11.

3 Non operatur tamen in præiuditium tertij. *D.Marta d. par.*1.*clauſ.*54.*n.*3. *Camill.Borrell.d.tit.*20.*n.*383.

CLAVSVLA XXVII.
Habita, vel non habita poſſeſsione.

1 Clauſula hæc poſita in reſeruatione penſionis ex benignitate Rotę nõ operatur vltra duos, vel tres annos, vt fuit deciſum, atque practicatum in vna Segobien.penſionis 4. Maij 1576. coram de Craſſis, & fuit quoque dictum in vna Placentina penſionis 10. Maij 1581.coram Aldobrandino, quæ videtur regiſtrata in *deciſ.*699.*n.*2.*p.* 1. *diuerſ.* & iterum fuit quoque dictum in vna Tarraconen.penſionis 29. Aprilis 1596. coram Seraphino, refert *Aloyſ.Ricc.in praxi fori eccleſ.deciſ.*429.*in* 1.*edit. & reſolut.*366.*n.*2.*in* 2.*edit.* Pręfata enim clauſula inuenta fuit ſolum, vt obuiam iretur malitiæ eorum, qui differrent capere poſſeſſionem animo eludendi penſionarium, ſed vbi ceſſat fraus, & ſubeſt iuſta, vel legitima cauſa non adipiſcendi poſſeſſionem tunc procedit reſolutio ſupra poſita, *Rota diuerſ. in deciſ.* 705. *lib.* 3. & tenuit iterum Rota in vna Conuenarum de Curdellas 13. Iunij 1565. coram Oradino. *Seraph. deciſ.*66. *vol.* 1. Vnde quando lis non eſt calumnioſa, & tutelaris bona fide ſuccumbit, ad nihilum tenetur, ſecus quando non fuit proceſſum in lite bona fide, & titularis malitioſe ſuccumbit, tunc enim ceſſat benignitas Rotæ, & clauſula extenditur vltra, & fuit in Rota reſolutum in vna Tarraconen. penſionis 29. Aprilis 1596. coram Seraphino.

CLAVSVLA XXVIII.
Hac tamen lege, & conditione.

1 HAec clauſula importat modum, non conditionem

nem, vt probat text. in *l. Mæuia, ff. de manumiſs. teſtam.* reſoluunt ex *Bald. Bart. Alexand.* & alijs *Surd. conſ.* 268. *num.* 6. *D. Marta de clauſul. p.* 3. *clauſ.* 33. *nu.* 1. vbi *nu.* 2. aſſerit quod ſi modus non impletur hæres priuatur commodo relicti, per text. in *l.* 2. *C. de his quæ ſub modo*, *l. ſi hæres, ff. de condict. ob cauſam. l. Liberto*, §. *Lucius, ff. de annuis legatis*.

CLAVSVLA XXIX. Hæredibus, & ſucceſſoribus.

1 IN vim huius clauſulæ, etſi additum non ſit verbum illud, quibuſcunque, veniunt hæredes extranei *l. ſciendum*, §. *hæredis appellatione*, *ff. de verb. ſignific. l. in annalibus*, C. *de legatis*. *Menoch. conſ.* 378 *n.* 1. *Card. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 14. *n.* 18. *Brunor. à Sole in locis communibus*, *verbo clauſula* 23. *Franciſc. Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3. *q.* 14. *num.* 17. vbi *num.* 18. reſoluit quod donatio adiecta hac clauſula efficit, vt donatarius extraneas etiam perſonas vocare poſſit.

2 Operatur, vt feudum, vel emphyteuſis tranſeat ad hæredes extraneos. *Seraph. deciſ.* 188. *n.* 3. *D. Marta in votis nouiſs. deciſ. voto* 207. *& de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 97. *n.* 1. vbi *num.* 3. aſſerit quod cenſetur per eam data facultas alienandi irrequiſito domino.

3 Importat etiam quod ius patronatus veniat ad hæredes extraneos, prout reſoluit *Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſiaſtici deciſ.* 206. *num.* 255. *in* 1. *edit. & reſolut.* 187. *num.* 7. *in* 2. *edit. & dicit ita per Rotam Rom. reſolutum coram Seraphin. vt patet in eius deciſ.* 325.

4 Emphyteuſis conceſſa pro hæredibus, & deſcendentibus cũ ſit mixta non comprehendit deſcendentes, qui etiam hæredes non ſint; nec hæredes, qui etiam deſcendentes non ſint *Valaſc. de iure emphyt. q.* 44. *n.* 18. *& q.* 48. *num.* 4. *Cald. Pereira de nomina. emphyt. q.* 22. *num.* 33. *Cardoſo in praxi iudicum*, *& aduocat. verbo emphyteuſis*, *num.* 48. Et conceſſa deſcendentibus, illis deficientibus, poteſt venire ad extraneos, quia non ſolum videtur ſtipulari ſibi, ſed etiam hæredibus ſuis *l. ſi pactum* 9. *ff. de prob. Gama* Luſit. *deciſ.* 36. *n.* 1. *&* 2. *et deciſ.* 234. *num.* 12.

CLAV-

CLAVSVLA XXX. Inducatis in poſſeſsionem, & manu teneatis.

1 HAec clauſula dat iuriſdictionẽ exequutori, quia poterit manutenere inductum, donec ſit pacificus: non vero ſemper, ne derogetur ordinario; ideo poſt annum, vel poſtquam pacifice poſſedit, ſi moleſtetur via ordinaria eſt agendum, quia non habet amplius effectum hæc clauſula, ita *Cardin. Tuſch. practicarum concluſ. tom.* 1. *lit.* C. *concluſ.* 318. *Campanili in diuerſ. iuris Canonici rub.* 11. *cap.* 13. *n.* 283.

CLAVSVLA XXXI. In omnibus, & per omnia.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ vide *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſula* 62. *& p.* 3. *clauſula* 42. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 1. *lit.* C. *concl.* 354. *Seraphin. deciſ.* 510. *num.* 5.

2 Hæc clauſula multum operatur *Sard. deciſ.* 53. *nu.* 5. Et habet vim ſpecialis expreſsionis. *D. Marta d. clauſula* 62. *num.* 4. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 354. *n.* 1.

3 Importat non ſolum fictionem, ſed etiam veritatem *D. Marta d. clauſula* 62. *num.* 6. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 354. *num.* 3. Et quod nulla ſit penitus differentia *Hyppol. conſ.* 101. *n.* 46. *vol.* 2. *D. Marta d. clauſula* 62. *nu.* 3.

4 Comprehendit omnia *Caualcan. de vſufructu mulieri relicto num.* 55. *D. Marta d. clauſula* 62. *nu.* 1. Sed reſtringitur ad præſentia, nõ autem veniunt futura *D. Marta d. p.* 3. *clauſula* 42. *n.* 3. Et recipit conformitatem cum iure communi ne abſonus intellectus eliciatur *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 354. *num.* 18. & *num.* 24. tenet quod non operatur quoad inſolita & inhoneſta.

CLAVSVLA XXXII. In rem ſuam.

1 PRocurator in rem ſuam factus dicitur, qui ex procuratione commodũ ſibi applicare debet *gloſſ.* 2. *in princ. in l.* 1. *ff. de procurat. gloſſ. verbo ſuam rem in l. qui ſtipendia* C. *de Procurat. Bertazol. de clauſulis clauſul.* 29. *gloſſ.* 1. *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſula* 188. *nu.* 2. Et ſignificat dominij translationem *Menoch. conſ.* 361. *num.* 38. Poteſt paciſci vel tranſigere in præiudicium

domini

domini *Bertaz. de clauſulis clauſ.* 29. *gloſ.* 10. *num.* 1. vbi etiam dicit quod pôt iuramentũ deferre.

2 Ante litem conteſtatam procurator in rem ſuam reuocari non poteſt *l. illam* C. *de donationib.* Re tamen integra reuocari poteſt antequam ſit proceſſum ad tria contenta *in l. 3. C. de Nouation. Cald. Pereira de empt. cap.* 24. *num.* 22. *&* 23. Poteſt ante litis conteſtationem ſubſtituere ex tex. *in cap.* 1. §. 1. *de procuratoribus lib. 6. Bertazol. de clauſulis clauſ.* 39. *gloſſ.* 11. *nu.* 1. Si tamen conſtituatur ad iudicia ante litis conteſtationẽ nequit alium ſubſtituere, niſi mandatum habeat cum ſpeciali clauſula ſubſtituendi *Maranta de ordine iudic. p.* 4. *diſt.* 16. *num.* 21. *&* 28. *Vanti. de nullitatibus tit. ex defectu mandati num.* 109. *Soar. de Paz. in practica tom.* 1. *in initio annot.* 4. *num.* 5. Poſt litem veram conteſtatam poteſt alium procuratorẽ ſubſtituere *Boer. deciſ.* 285. *nu.* 1. *D. Barboſa in l. cum prætor* §. 1. *num.* 104. *cum ſeqq. ff. de iudicijs.*

3 Procurator in rem propriã non intelligitur reuocatus morte mandantis *l.* 2. §. *in propria cauſa ff. quando appell. ſit. Bart. in l. ſi procurator ff. de condict. cauſa data. Steph. Gratian. diſcept. forens. cap.* 342. *nu.* 1. *Bertazol. d. clauſ.* 29. *gloſſ.* 2.

4 Statutum loquens in procuratore non intelligitur de procuratore in rem ſuam *Bertaz. d. clauſ.* 29. *gloſſ.* 1. *num.* 2. vbi *nu.* 5. dicit quod cenſetur conſtitutus procurator in rem ſuam quando ſunt mandatæ actiones directæ, & ceſſæ vtiles, vel quando tantum ſunt ceſſæ vtiles, quo caſu cenſetur etiam factus procurator ceſsionarius iu rem ſuã. Vel etiã quãdo ſolum ſunt mãdatæ actiones directæ. & *num.* 9. dicit quod mandatum in rem ſuam non præſumitur, ſed probari poteſt.

CLAVSVLA XXXIII.
In ſolidum.

1 HAec clauſula ſignificat integritatem reiecta omni diminutione, vt probat tex. *in l.* 1. *& Auth. hoc itaque* C. *de duobus reis, notant D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſula* 210. *nu.* 1. *Marius Anton. vari. reſolut. lib.* 2 *reſolut.* 8. *num.* 30.

2 Arctius ligat cõtrahentes, non tamen auget obligationem ex *Farinac. ſacræ Rotæ Romanæ deciſ.* 392. *num.* 6. *tom.* 1. *p.* 1.

3 Non continetur ſub obligatione camerali niſi exprimatur *Farin.*

Farin.d.ſacræ Rotæ Romanæ dec. 392.*num.*6.*tom.*1.*p.*1.

4 Attribuit totum vnicuique *l.*3. C. *de fideiuſſor.*§.*ſi plures inſtit. eodem l. ſi non ſingula* C. *ſi certum petatur.l.ſi diuiſa* C. *locati Bartozol.de clauſulis clauſ.* 39. *gloſſ.*7.*n.*1. vbi etiam dicit quod propriè conuenit promittẽtibus, non autem vendentibus rem ſuã.

5 Quando plures fideiuſſores ſunt dati in ſolidum, quilibet eorum tenetur ad ſolutionẽ totius debiti, probant apud noſtros *Luſitanos Ordin.Regia lib.*4. *tit.* 59. §. *vlt. Et apud Hiſpanos l.* 8. *tit.* 12.*part.*5. vbi *Greg. verbo cada vno,& l.*1.*tit.*16. *lib.*5. *nouæ recop.*vbi *Matienſ. gloſſ.*2.*cumſeqq. reſoluunt Gutier.de iuram.confir. p.*1.*cap.* 23.*n.*8.*Ranchin.par.*4. *concl.*416.*P.Molina de iuſtitia tract.*2.*diſp.*542.*D.Barboſa in l. ſi conſtante in princ.num.*115.*ad fin.ff. ſoluto matri.Cald. Pereira de empt.cap.*33.*n.* 49.*Valaſ.conſ.* 127.*à num.* 6. *P.* Rebello *de oblig. iuſtit.p.*2.*lib.*16.*q.vnic.de fideiuſ. à num.* 18. Poterit tamen creditor eos inſimul conuenire in ſolidum cum proteſtatione, quod vnica ſolutio fiat vide *Vincent. de Franch.deciſ.*305.*Viui.tom.*1. *commun.opin.pag.*288.*num.*152. *Parlad.lib.*2.*rerum quotid.cap.fi. p.*5.§.1.*num.*19. Et an vnus fideiuſſor ſoluendo totum habeat recurſum contra alium confideiuſſorem? videtur quod non vt per *Surd.deciſ.*308.*nu.*20.*Steph. Gratian.diſcept.forens. cap.*281. *à num.*1.*diſtinguit P.*Rebello *d.q. vnica num.*19.

CLAVSVLA XXXIV. In ſtyrpes, &c.

1 HAec clauſula non importat reciprocum fideicõmiſſum *Surd. conſ.*315. *num.*41. *D.Marta de clauſulis par.*3.*clauſula* 43.*num.*21. vbi *nu.*3. aſſerit quod non excludit repræſentationem gradus.

2 Naturam ſuam mutare ſolet vt euitetur contrarietas *Surd. conſ.*362.*num.*16. *& num.*20.& de alijs effectibus late agit *D. Marta d. clauſula* 43. ad quem remitto lectorẽ, & de intelligentia *Saluſti.Tiberi. in formulario inſtrum.lib.*1.*cap.*38.*num.*11.

CLAVSVLA XXXV. Ius & iuſtitiam miniſtrari; & in omnibus & ſingulis.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ poni ſolitæ in fine

fine libelli vide *Anton.Gabr.to.*3. *communium opin.lib.6. tit.de clauſulis concluſ.*4.*Menoch.conſ.*314. *num.*5.*Perez ad l.*11.*verſ.oppono* 2.*tit.*1.*lib.*3.*Ordin. pag.*484. *Pinel.in l.*2.C.*de reſcin.vendit.p.*3. *cap.*3.*nu.* 29.*Surd.conſ.*273. *n.*5. *& num.*23.*cum ſeqq.Valaſc.conſult.*119. *num.*15. *& de iure emphyt. q.6. num.*15. *Gama Luſitaniæ deciſ.*300. *num.*3. *Ludou. Rodolphin. poſt tract. de abſoluta Principis poteſtate voto vnico à nu.*11.*D.Marta de clauſulis p.*1. *clauſula* 65. *& clauſula* 85. *Cardoſo in praxi iudicum & aduocat. verbo clauſula num.* 12. *Emman. Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib.*3.*cap.*2.*num.*4. Cardin. *Tuſch.practic.concluſ.to.*1. *lit.*C. *concluſ.*359.

2 Iudex actore non petente poteſt condemnare reum conuẽtum in fructibus,intereſſe,& vſuris; vel victum in expẽſis,ſi actor petierit ius & iuſtitiam miniſtrari ex *Viui.to.*1. *commun. opinion. lib.*3.*tit.*1.*num.*95. *verſ. & eam pag.*365.*Bernard.Graue.ad practicam cameræ Imper.lib.*1.*concl.* 61.*conſid.*3. *num.*4.

3 Operatur hæc clauſula, vt libellus ſuſtineatur ex cauſa apta, licet ſuper inepta ſit concluſum, & ſaluat libellum ab omni ineptitudine *Maranta de ordine iudiciorum p.*6. *tit. de libelli oblatione num.*15.*Brunor.a Sole in locis cõmunibus verbo clauſula* 35. *Ludou.Rodolph.d.voto vnica n.*11

4 Operatur etiam quod licet libellus ſit ineptus iudex poſſit iudicare ſecundum iuris diſpoſitionem, & quod erat petendum *Cenall. commun. contra commun. q.*763.*n.*64.

5 Operatur deinde vt intentatum remedium intelligatur, quod ſufficit ad victoriam *Rodolphin.d.voto vnico, n.*71.

6 Operatur etiam remedium magis vtile *Pinel. d.cap.*3. *n.*29. *Valaſc.de iure emphyt. q.*6.*n.*15. *Gama Luſitaniæ deciſ.* 300. *n.*3. *Perez d.lib.*3.*verſ. oppono* 2.*pag.* 484. *Menoch. d.conſil.*314.*n.*5. *Surd.d.conſil.*273.*n.*5.

7 Operatur etiam vt iudex debeat deferre iuramẽtum quãuis expreſſe petitum non ſit,quia virtualiter ſub hac clauſula petitio continetur *Cotta in memorabilibus verbo iuramentum in ſupplementum.Gabr.d.concl.*4.*n.*25. *Maſcard. de probation. concluſ.* 954.*n.*48.

8 Non ſuſtinet libellũ quando vna res petitur, & alia probatur *Surd.conſil.*24.*n.*19.

9 Non ſuſtinet libellum, qui con-

continet remedia cõtraria *Surd. d.conſ.*273.*n*.3. *Bernard.Græuæ. ad practic. cameræ imper. lib.* 1. *concl.*61.*conſider*.3.*n*.6.*Stephan. Gratian. diſcept.forenſ. cap.* 24. *nu*.4. Trahitur tamen ad remedium diuerſum vbi nulla certa actio fuit propoſita, vt ex *Surdo d. conſ.*273. *num*.24. tradit *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 193.*num*.9.

10 Non comprehendit ea quæ nullo modo ſunt narrata *Hippol.conſ.*75.*n*.22.*vol*.1. *Brunor.à Sole d.verbo clauſula,n*.49. *Cardin.Tuſch. d.lit.C.concl*.359. *num*.25.

CLAVSVLA XXXVI.
Manu regia.

1 HAec clauſula operatur vt quis procedat quaſi Princeps *Stephan.Gratian.Marchiæ deciſ.*68.*n*.5.

2 Operatur vt iudex poſsit procedere de facto & ſine vllo iuris ordine nouiſſime *ſacra Rota Rom.apud Farinac. deciſ.*446. *n*.1.*tom*.1.*p*.2.

3 Tollit ſolemnitates iuris ciuilis, non tamen ſubſtantialia iudicij vt per *Stephan. Gratian. diſcept.forenſium tom.*3.*cap*.569. *n*.30.*&* 31. vbi *n*.32. quod nec ineptitudinem libelli parte opponente, nec beneficium excuſsionis.

4 Et de alijs effectibus huius clauſulæ vide *D.Marta de clauſulis p*.1.*clauſula* 70.

CLAVSVLA XXXVII.
Motu proprio.

1 MAteria huius clauſulæ ſedet *in c.ſi motu proprio de præbendis in* 6.De eius vi & effectibus plures refert Doctores *Cenedo ad Decretal.collec*.53. *à num*.2. quibus adde *Vital.de Cambanis in tract. clauſul.pag.* 12.*col*.1.*Celſ.Hugo d. tract. pag.* 482.*col*.2.*in fine cum ſeqq.Anton. Gabr. to*.3. *communium opinionũ lib.*6.*tit.de clauſulis concl*.2. *Menoch.conſ*.1.*num*.387. *& conſil.* 378.*nu*.20. *& de præſumptionib. lib*.1.*q*.9.*num*.26.*&* 27. *Rebuff. in concord.mand. Apoſt.gloſſa motu proprio.Maſcard. de probationibus concl*.1075. *Matienſo ad l.* 7.*gloſſ.* 7.*num*.4.*tit*.7. *lib*.5.*nouæ recopil. Azeuedo ad l*.1. *nu*.1. *cum ſeqq. tit.* 14. *lib*. 4. *recopil. Surd. conſ.*303. *num*.17. *P.Henriq. in ſum.p*.1.*lib*.7.*cap*.27. *num*.4. *lit.* C.*Flamin.de Reſignationib. to*.1. *lib*.6.*q*.2.*num*.92.*& tom*.2.*lib*.8. *q*.9.*num*.74. *D.Barboſa ad l*.2.§.

legatis

legatis nu.99.ff. de iudicijs. Card. Tuſch.practic.concluſ.tom.1. lit.C concluſ. 340. *cum ſeqq. Seraphin. deciſ.*365.*à nu.*3. *Bernard. Graue. ad practicam Cameræ Imperialis lib.*1.*concl.*58. *conſid.*1. *Ludou.Rodolphin. in tract. de ſuprema ſeu abſoluta Principis poteſtate cap.*5. *num.*15. *Aloyſ. Ricci.in collectan.deciſ.p.*2.*collect.*400. *et p.*4.*collect.*959. *D.Marta de clauſulis p.*1.*clauſula* 72. *Ioann.Petr. Moneta in tract. de decimis c.*9. *q.*3.*num.*133.*Nicol. Garcia de beneficijs p.*1.*cap.* 5.*num.*510.Et clauſula hæc quando dicatur cõceſſa vide *P.Sanch.de matrimon. lib.*8.*diſp.*1.*num.*6. vbi *nu.*5. tenet quod late eſt interpretanda.

2 Inferior vti non poteſt hac clauſula *Mench. tit. de teſtatoris potentia lib.*1.*§.*6.*nu.*13. Et non operatur niſi fuerit ſcripta manu Principis ex *Gabr. d. concluſ.* 2. *num.* 102.

3 Facultas per hanc clauſulam conceſſa per obitum Papæ concedentis expirat ſi ille cui fuit conceſſa ante eius obitum non vtatur, ſecus eſt ſi ſit conceſſa per viam contractus, quia tunc durat etiam poſt obitum concedentis, vel ſi ſit facta per viam legis perpetuo durat *Seraphin.deciſ.*731.*num.*1.

4 Nunquam præſumitur hæc clauſula, vt probat text. in cap. *Si motu proprio de præbendis in* 6. *& ex Bart. tradit Maſcard. d. concluſ.* 1075. Et quando Princeps ad aliquid concedendum mouetur ad partium poſtulationem, tunc ex eo importunitate non ſolum ad concedendum, ſed etiam ad adhibendum clauſulam hãc inductus præſumitur ex *Menoch. conſ.* 1. *num.* 430.

5 Vnde non poteſt teſtibus probari gratiam eſſe motu proprio conceſſam, docent *Vitalis de Cambanis* vbi *ſupra*, *n.*2.*Celſ. Hugo*, *pag.* 483. *col.* 1. *Gabr. d. concl.*2. *n.*103. *P.Sanch.de Matrim.lib.*8. *diſp.*1.*n.*6. vbi etiam aſſerit quod ſi ſcriptura perdatur, poteſt teſtibus probari in ea ſcriptura fuiſſe clauſulam. Et quare hæc clauſula non poſſit teſtibus probari tractat *idem P. Sanch.d.lib.*8.*diſp.*4.*n.*5.

6 Princeps non præſumitur priuilegio ſuo tollere ſtatuta ciuitatis, etiamſi in ipſo priuilegio inſerta ſit clauſula, motu proprio, *ex Menoch.de præſumption. lib.*6.*q.*39.*n.*5.*&.*7.

7 Conceſſio lite pendente facta ſine litis mentione non valet etiam cum hac clauſula *Gabr. commun. lib.*2. *tit. de iudicijs concl.*

concl.4.n.20. Et idem in priuilegio reſoluit *idem Gabr.lib.6.de clauſulis concl.2.n.13.*

8 Clauſula hæc, & clauſula, ex certa ſcientia, parem vim habent *D. Marta d. clauſula 72. n.7.* & hæ geminatæ ſunt efficaciores M*archeſan.de commiſſion. p.2. pag.356. nu.71.* Non habet tamen vim clauſulæ, non obſtante, *Trentaſinq.var.reſolut.lib.1. tit.de reſcriptis reſolut.6.n.8.*

9 Habet vim ſpecialis expreſſionis *ex Gabr. d. lib.6. tit. de clauſulis concl.2. num.93.* Et illi æquiparatur conceſſio geminata *Gig.de penſionib.q.97.nu.6. Maſcard.de probationib.concl.1075. num.5.*

10 Impetrationem tollit, & omnes eius effectus, qui ex impetratione oriri poſsũt *Seraphin. Rotæ Rom.deciſ.365.num.4.* vbi *n.3.* reſoluit quod cum operetur viuificationem gratię non poteſt allegari ad illius deſtructionem.

11 Actum iuratum comprehendit, vt docet *Seraphinus de priuilegijs iuramenti priuil.22. num.25.*

12 Ad cauſas pendentes refertur prout tenet *D. Barboſa in l.2.§.legatis n.97.cum ſequentib. ff. de iudicijs.*

13 Subreptionis & obreptionis vitium tollit *Menoch.d.conſil. 1.nu.429. & de præſumpt. lib.2. q.13.num.11.Rodolphin.d.cap.5. nu.15.Aloyſ.Ricci.d.collect.400. verſ.Quartus Flamin.d.lib.8. q. 9.num. 74. Marcheſan. de commiſſ.par.2.pag. 356. num. 85. P.Sanch.d.lib.8.diſp.21.num.47. Alexand.Trentaſinq. vari.reſol. tom.1.lib.1.de reſcriptis reſolut.5. à num.30.cum ſeqq.Franciſc.Leo in theſauro fori eccleſiaſtici p. 3. cap.17.num.172.* Intellige de illa quæ prouenit ex parte impetrantis, non de illa, quæ oritur ex ipſa re ex *Seraphin.Rotæ Romanæ deciſ.398.num.5.* Non tollit tamen vitium ſubreptionis in præiudicium tertij *Gabr.d.concluſ.2.n.8. Menoch. d.conſil.1. num.429.* non ſolum habẽtis ius in re, ſed etiam ad rem *Rota Bonon. diuerſ. deciſ. 30.num.118.*

14 Effectus facti non tollit, ſed illos, qui ſunt iuris vt per *Seraphin.Rotæ Romanæ deciſ. 365. num. 6.*

15 In præiudicium tertij non operatur. *Vitalis de Cambaris vbi ſupra nu.1. Gig. de penſionib. q.29.nu.4.& q.79.nu.3.Brunor. à Sole in locis communib. verbo clauſula 25.Menoch. conſ.36.nu. 65.& conſ.103. nu. 80. cum ſeq. Aloyſ.Ricci.d.collect.959.D.Mar*

ta d.clauſula 72.*nu*.3. *&* 8. Nec firmat priuilegium contra ius alterius *Seraphin.Rotæ Romanæ deciſ.* 398. *num.* 6.

16 Ius in re, vel ad rem quæſitum alteri non adimit *Menoch. d.conſ.*1.*num.*428.*P.Sanch.d.lib.* 8.*diſp.*21.*num.* 50.

17 Defenſiones,& exceptiones competentes de iure non auſert *Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 280.*num.*1.

18 Gratiam contra mentem concedentis non firmat *Gig. de penſionib.q.*22.*num.*15. *& q.*29. *num.* 4.*Xuar.allegat.*12.*nu.*40. *Menoch.de arbitrar.caſu* 201.*n.* 80.*Maſcar. de prob. concluſ.*887. *num.* 23.

19 Intentionis defectum non tollit *Vincent. de Franchis Neapolit.deciſ.*192.*num.*8.*Flamin.de reſignationib.lib.*3.*q.*1.*num.*127. *Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*32. *n.*5.*Vitalis de Cambanis vbi ſup.*

20 Diſpenſationem non inducit *Cou.in cap.Alma mater p.*1. *§.*7.*num.*2.*Nauar.conſ.*66.*num. vlt.ſub tit.de ſententia excommunicat.in antiq.D.*Marta *d.clauſula* 72.*num.*15. Nec operatur, vt poſterior diſpenſatio non facta prioris mentione minime ſit ſubreptitia, vt notat *P.Sanch.d.lib.*8 *diſp.*22. *num.* 8.

21 Beneficiorum incompatibilitatẽ non aufert. *Gabr.d.concl.* 2.*num.* 48.*Flamin.d. lib.*3.*q.*1. *num.*126.

22 Defectus ſubſtantiales nõ ſupplet, nec inhabilitatem remouet *Xuar.d. allegat.*12. *num.*42. *D.Marta d. clauſula* 72. *nu.* 15. Nec vitium ſupplet illegitimitatis ex *Gabr.d.concl.*2.*nu.*45. Nec defectum ætatis *Gabr.d. concl.*2. *num.* 46. Nec defectum ordinis *num.*52. Nec defectum irregularitatis *num.* 44. Nec defectum bigamiæ *num.*49.

CLAVSVLA XXXVIII. Nemine diſcrepante.

1 HAec clauſula indicat liberiorem conſenſum. *Anton.Monach.Bonon.deciſ.* 28. *num.*46. Et in omni diſpoſitione in qua aliquid per plures concorditer fieri debet intelligitur nemine diſcrepante, maxime in materia contractus,& ſtricti iuris, *Car. Tuſch.pract.concluſ.tom.*2. *lit.D. concl.*253.*Octauian.Vulpell.de præpoſitionum, & aduerbiorum ſignif.ſub dict.commode pag.*17.

CLAV-

CLAVSVLA XXXIX.
Non aliàs, non aliter, nec alio modo.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Tiraq. de retractu lig.* §.8. *gloſſ. 6. num.3. Menoch.conſ.*38.*num.*21. *&* 22. *& conſ.*369. *num.* 25. *cum ſeqq. Surd.conſ.*246. *num.*20. *& conſ.* 322.*num.* 27.*Flamin.de reſignat. lib.*7.*q.*1.*num.*64.*cum ſeq.Card. Tuſch.pract. concl. tom.* 1.*lit.* C. *concl.*311.*Cald. Pereira de reſol. emphyteuſis cap.*6.*num.*35.*Aloyſ. Ricci.in collect.deciſ.p.*4.*coll.* 868 nouiſſime *Rota Romana apud Farinac.deciſ.*747.*p.*2.*to.*1.*Bertaz. de clauſulis clauſ.*14.*gloſ.*6.

2 Verba huius clauſulę regulantur tanquam geminata ex *Tiraq.de retractu lig.*§.1. *gloſſ.*9.*n.* 171.& alijs citatis per *Surd.Mantuũ deciſ.*124.*n.*2. Et ſunt multæ præciſa,& non recipiunt aliquam modificationem, vel intellectum à verbis ſeparatum *Tuſc.d.concl.* 311.*num.*1.*Farin.ſacræ Rotæ Romanæ deciſ.*619.*nu.*2.*tom.*1.*p.*1. *Bertazol.d.gloſ.*6.*num.*1.

3 Clauſula hæc arguit præciſam contrahentium mentem ex *Farinac. in praxi criminali p.*4. *dec.*10. *num.* 5.

4 Cõſenſum ab actu adimit, ita quod non ſequuta conditione perinde eſt ac ſi nihil actum fuiſſet nouiſſime *ſacra Rota Romana apud Farinac.deciſ.*115. *num.*6. *to.*1.*p.* 1. *Intrigliolo Siciliæ deciſ.* 21.*num.*12.

5 Neceſsitatem facit, vt per Marcheſan. *de commiſſionib.p.*1. *pag.*117.*num.*4.*&pag.*748.*n.*3. reſoluit qđ volũtatem denotat.

6 Naturam præciſam habet, ac formam inducit.*Surd d.conſil.* 246.*num.*20.*& conſ.*322. *n.* 27. *& conſ.*143.*n.*43. *Flamin.d.q.*1. *nu.*64. *Card.Tuſch. d.concl.* 311. *num.*4.*Aloyſ.Ricci.d.collect.* 868. *D.Marta de clauſulis p.* 1. *clauſ.* 74. *nu.*8. *Marius Anton. variar. reſolut.lib.*1.*reſolut.*33.*n.*8. multis in locis.*Farinac. in praxi crimin.p.*4. *deciſ.*23.*in addit. lit. B. & deciſ.*564.*num.*6. *& nouiſſime ſacræ Rotæ Romanæ deciſ.*57.*n.*9. *tom.*1.*p.*1. *Stephan.Grat. diſcept. forenſ.cap.*208.*num.*22.*Franciſ. Leo in theſauro fori eccleſ.p.*2.*c.*2. *num.*42.*& cap.*4.*nu.*7.

7 Cõditionem importat,qua deficiente perinde eſt, acſi nihil actum fuiſſet *Menoch. d. conſ.*38. *num.*21.*&* 22.*& conſ.*322.*n.*40 *& conſ.*369.*num.*25.*Surd.conſil.* 268.*num.*9. *Flamin. de reſignat. lib.*1.*q.*2.*num.*18.*& lib.*9. *q.*17.

 *nu.*28.

*nu.*28. *Marcheſ. de commiſſ. p.*1. *pag.*114.*num.*2.*& pag.* 116.*n.*1. *& pag.*194.*num.*4. *Farin. d.p.*4. *deciſ.*23.*num.*4.*& in addit. lit.B & nouiſſime apud eundem ſacra Rota Romana deciſ.*286. *nu.*2.*& deciſ.*579.*n.*4.*tom.*1.*p.*2. *Seraph. deciſ.*838.*nu.*7. *Verall. deciſ.*82. *num.*3. *&* 4.*p.*3.*Cald.Pereira de poteſtate eligendi cap.* 17. *nu.*16. *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſ.* 74.*n.*7.*Aloyſ.*Ricci.*d.collect.*868. *& in praxi rerum fori eccleſiaſt. reſol.*33.*num.*1.*in* 2.*edit. Anton. Monach.Florẽtina deci.*23.*n.*23.

8 Poſita hæc clauſula in venditione facta cum pacto de retrouendendo reſpicit tantum principium venditionis, vt ſcilicet nõ cenſeatur res vẽdita pure, & ſimpliciter, ſed cum illa reſeruatione *Seraph.Rota* Rom.*deci.*1063.*n.*12

9 Facit gratiam correſpectiuam & indiuiduam *Seraphin.deciſ.* 483.*num.*9.

10 In reſeruatione penſionis cum regreſſu facit totam gratiam corruere, ſi regreſſus non teneat *Seraphin.deciſ.*114.*num.*1.

11 Habet vim reſolutionis cõtractus, & excludit purgationem moræ vt per *Steph. Grat. diſcept. forens.tom.*3.*cap.*515.*à nu.*1. *& cap.*532. *num.* 21. reſoluit quod conſenſum excludit.

12 Operatur vt per eam proteſtans defendatur à priuatione iuris ſui, quam aliàs incurreret *Moneta in tract. de optione cap.*5. *q.*5.*num.*65.

13 Vnde emphyteuta alienans, & tradens emphyteuſim adhibita hac proteſtatione, ſaluo conſenſu domini, nec aliter nec alio modo; euitat pœnam caducitatis, ita reſoluunt *Clar.* §. *Emphyteuſis q.*13. *num.*5. *Corbul. de iure emphyteu.tit. de cauſis quibus emphyteuta iure ſuo priuatur cap. de cauſa priuationis ob alienationem ampl.*13.*& limit.*36.*&* 37. *Gama Luſitana deciſ.*147. *nu.*4. *Vincen.de Franchis Neapol.deciſ.* 267. *Frec. de ſubfeudis lib.* 2. §. *prima auctoritas nu.*23.*Menoch. conſ.*28.*n.*10. *& nu.*39. *cum ſeq. & conſ.*38.*n.*21.*&* 22.*& conſil.* 369.*num.*25.*&* Mich.*Craſſ.to.*1. *commun.opin.lib.*4.*tit.*44.*n.*279. *vbi Vezin.n.*284.*pag.*686.*Bellacomb.tom.*2.*tract. de feudis tit.*8. *quibus ex cauſis feudum amittatur pag.*636.*Flamin. de reſignat. lib.*7.*q.*1.*num.*67.*Card.*Mantica *de tacitis & ambig. conuentionib. lib.*22. *tit.*28. *num.*18. *cum ſeqq. Galganet.in tract. de conditionib. & demonſtrat.p.*1.*cap.*52. *nu.*2. *Aloyſ.Ricci.in collect.deciſ. par.*3. *collect.*526. *P. Molina de iuſtitia*

tract.

tract.2.diſp.459.num. 10. *P.Rebello de obligationib. iuſtitiæ p.*2. *lib.*13.*q.*4.*num.*10. *Cardoſo in praxi iudicum & aduocat. verbo clauſula* 15.*& verbo emphyteuſis* 6.*poſt princip.Cald.Pereira de roſolut.emphyt.cap.*5.*num.*84. *& cap.*6.*à num.*26. *D. Marta de clauſulis p.*1. *clauſula* 74. *& in votis nouiſſim.deciſ.voto* 196.plures alios Doctores ex antiquioribus plena manu refert *Cened. ad Decretal.collect.*144.*nu.*27. *Bertazol.d.gloſ.*6.*num.*2.

CLAVSVLA XL.

Non obſtante collatione alteri facta.

1 HAec clauſula appoſita in litteris ad beneficia intelligitur de collatione inualida, non autem de valida. *Brunor. à Sole in locis communibus verbo clauſula nu.*27. *Cardoſo in praxi iudicum & aduocatorũ verbo clauſula* 4. *Celſ.Hugo in tract.clauſularum pag.*478.*col.*2. *Ioan. de Selua in tract.de benefic.par.*3.*q.*11. *fol.*242.*in paruis & par.*3.*q.*13. *verſ.nono facit, Rendina in promptuario receptarum ſenten.tom.*1. *tit.*16.*n.*6. vbi dicit quod quamuis videatur hanc clauſulã nihil aut parum operari, cum collationem, aut reſcriptum inualidum non teneatur quis commemorare ex *gloſſ.* 1. *in fi.* & ibi ſcribentes *in cap. ex tenore de reſcriptis* tamen non modicum operatur effectum, cum litteræ illæ in quibus clauſula memorata continetur ſubreptitiæ non cenſebuntur, quaſi in illis nulla mentio alterius coloratæ poſſeſſionis facta ſit, licet enim poſſeſſori nullum ius in beneficio competeret, eſſent tamẽ litteræ vitio ſubreptionis affectæ niſi in eis alterius colorata poſſeſſio expreſſa foret ex tex. in *cap. cum noſtris de conceſſ.præben.*

CLAVSVLA XLI.

Non obſtante quauis cõceſsione alteri facta.

1 HAec clauſula in reſcripto, vel priuilegio apponi ſolita intelligi debet de conceſsione inualida, & nulliter facta, non autem de valida. *ita Brunor.à Sole in locis communibus verbo clauſula* 29.

CLAVSVLA XLII.

Non obſtante quacunque præſcriptione.

1 PEr hanc clauſulam tollitur ſolum præſcriptio longi tẽ-

poris decē vel viginti annorum, non vero longiſsimi triginta, vel quadraginta annorum, nec perconſequens immemorialis *Vitalis de Cambanis in tract. Clauſul. pag.* 18.*col.*2. *Tiraq. de* Retractu *conuent.*§.1.*gloſſ.*2. *num.*12. 23. & 25.*Balb.de Præſcript.*2.*p.*3.*q.* 6.*num.*21. *Cardoſo in prax. iudicum & aduocat.verbo clauſula* 6. *Flores de Mena Vari.quæſt.lib.*1. *q.* 10. *num.* 44. plures Doctores refert *Nicol. Garcia de benefic.p.* 3.*cap.*2.*num.*192.

CLAVSVLA XLIII. Non obſtantibus.

1 De vi & effectibus huius clauſulæ generalis vide *Menoch.conſ.* 1.*nu.* 434.*Azeuedo l.*1.*nu.*37.*cum ſeqq.tit.*14. *lib.*4.*nouæ recopil.Cotta in memorabilib. verbo clauſula non obſtāte, pag.*111. *Flamin.de reſignat. tom.*2.*lib.*11. *q.*11. *n.*42. *Card. Tuſch.practic.concluſ.to.*1.*lit.*C. *concl.*349. *cum ſequenti. Rendina in promptuario recept.ſentent. tom.*1.*tit.*16.*n.*12.

2 Hæc clauſula derogat omnibus ijs quæ diſpoſitioni obſtare poſſent *Farinac.ſacræ Rotæ Rom. deciſ.*506. *n.*5. *tom.*1. *p.*1. *Mar. Anton. var. reſolut. lib.*1. *reſolut.*46. *num.* 7. & 11.

3 Subreptionis & obreptionis vitium non tollit *Alexand. Trentaſinq.variar.reſolut.lib.*1. *tit. de reſcriptis reſolut.*5. *nu.*38. *Card.Tuſch.d.concl.*349.*à.n.*18. *Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*15. *n.*32. vbi etiam reſoluit quod nō inducit diſpenſationem.

4 Hac clauſula non poteſt vti inferior à Principe *Marius Anton.var.reſolut. lib.*1. *reſolut.*38. *num.*11.

CLAVSVLA XLIV. Non obſtātibus quibuſcumque priuilegijs.

1 Plures effectus huius clauſulæ referunt citati à *Flamin.de reſignat. tom.*2. *lib.*11.*in præfat.n.*8.*D.*Marta *de clauſulis p.*1.*clauſula* 77.

2 Per hanc clauſulam derogatoriam, *non obſtantibus priuilegijs in contrarium*, ijs cenſetur derogatum, quæ in corpore iuris clauſa non ſunt, non vero alijs, quæ in eo clauſa reperiuntur, niſi additum ſit, etiam clauſis, &c. *ita gloſ.*1.*per text.* ibi in *l.*3.*C.de ſilentiarijs lib.*12.*Vitalis de Cambanis in tract. clauſul. pag.*11.*col.*1.*num.*1.*Celſ.Hug.d. tract.pag.*479.*columna prima*, *Tiraq.*

*Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit.*11.*n.*4. *Anton.* Gabr. *tom.*3. *commun. opin.lib.*6. *tit.de clauſulis concl.*9. Menoch.*lib.*6. *de Præſumpt.q.*40. *n.*25. Marcheſan.*de commiſſionib.p.*1.*cap.*8.*n.*67. *&* *p.*2. *cap.*2. *nu.*12. *Burgos de Paz l.*3.*Tauri*, *n.*137. *Pinel. in l.*2. C.*de reſcindenda vendit.p.*3.*c.*1. *n.*15. *Surd.deciſ.*164. *num.*1.*&* *conſ.*461. *n.*7. *Baptiſta Coſta de facti ſcientia & ignorantia inſpect.*5.*à n.*5. *Fr.Emman.Roder. tom.*1. *quæſt.regular.q.*9. *art.*3. *verſ. ſecundo dico*. *Flores de* Me*na lib.*2.*var.q.*21.*n.*25.*P.Franciſc.* Soares *de legibus lib.*8. *c.*14. *num.*8. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel. gloſ.*36.*à n.*34.*pleniſſime D.Barboſa in l.*1. *p.*1. *à n.*9. & in *l.quia tale*, *n.*16.*ff.ſoluto matrim.* & in *l.*2.§.*legatis*, *n.*117.*ff.de iudicijs. Ceuall. communium contra communes*, *q.*611. *D.*M*arta d.clauſ.* 77. *nu.*2. *Cabedo Luſitana deciſ.* 94.*à.nu.*1.*p.*2. *Cardoſo in praxi iudicum & aduocat. verbo. clauſula* 5.*Franciſc.Molin.de ritu nuptiarum lib.*3.*q.*28.*num.*5.*&* 6. *pag.*232.

3 Derogatio generalis. *Non obſtantibus priuilegijs & conceſſionibus quibuſcumque* ſufficit ad derogandum omnibus priuilegijs anterioribus, etiamſi eſſent talia, de quibus facienda eſſet mentio de verbo ad verbum, & continerent ſpeciales clauſulas derogatorias.*Gabr.d.lib.*6.*tit.de clauſulis concl.* 5.*n.*12. *Ceuall.d. q.*611. *Gonzal. d.gloſ.*36.*n.*23.

4 Nihil operatur hæc clauſula quando Princeps non fuit optime informatus de partium conuentionibus ſæpius confirmatis, vt ex *Craueta* reſoluit M*enoch.conſil.*1.*n.*434. notat *D.* M*arta d.clauſula* 77.*n.*20.

5 Priuilegia Principis non tollit quæ tranſierunt in vim contractus G*utier. in repet. l.nemo poteſt*, *n.*175. *cum ſeqq. ff.de legatis* 1. *Vitalis de Cambanis d. pag.*11.*col.*2.*n.*1.

6 Ad futura non extenditur G*onzal. ad reg.*8. *Cancel.gloſ.*9. §.5.*n.*29.

7 Diſpenſationem non inducit, licet tollat ſubreptionem G*onzal. ad reg.*8. *Cancell. gloſ.* 15.*n.*32.

8 Derogationem beneficij iuriſpatronatus nõ operatur *Flamin.de reſignation.lib.*8.*quæſt.*7. *num.*167.

9 Cancellariæ regulis non derogat ex *Flamin. d.lib.*8. *q.*7. *num.*166.

10 Non extẽditur ad cauſas pias, vt probatur ex caſu notabili

bili ſecundum vnam lecturam in *cap. ſi propter tua debita de reſcriptis in 6.* vbi per reſcriptum non intelligitur derogatum ei, quod ad pias cauſas eſt conceſſum, & probatur ex *l. liberti la vltima*, *§. poſthumos*, *ff. de alimentis & cibar. legatis Vitalis de Cambanis d.pag.* 11.*col.*2.*n.*3.

11 Non operatur in præiuditium tertij *D. Marta d. clauſula* 77.*n.*16.vbi *n.*6.reſoluit quod nõ põt poni ab inferiori à Principe.

12 Per hanc clauſulam non videtur derogatum priuilegio viduis & pupillis conceſſo, vt docet *D.Barboſa in l.*1.*art.*4.*n.*72. *ff. de iudicijs*, & limitat niſi verba derogatoria fuerint ita ampla, vt neceſſario etiam prædicto priuilegio videantur derogare. Sed hanc clauſulam, additis illis verbis, in corpore iuris clauſis, non tollere priuilegium *l. vnica*, *C. ſi imperator inter pupillos & viduas*, tenet *Marcheſan. de commiſſion.p.*2.*pag.*460.*n.*30.

CLAVSVLA XLV.
Non obſtãtibus quibuſcumque legibus & conſtitutionibus.

1 Non poteſt teſtator in ſuo teſtamento hanc clauſulam apponere, nec ea quiſquam inferior à Principe vti poteſt, ita ſcribentes in *l. nemo poteſt*, *ff. de legatis* 1. vbi *Angel. n.*1.*Alex.n.*2.*Ripa*, *n.*8.*Iaſ.in* 1. *&* 2. *lect.n.*5.*Io.Hanib.nu.*43. *verſ.* Ex præmiſſo, quos refert & ſequitur *Rendina in promptuario recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 16. *num.*8.

2 Per hanc clauſulam Princeps non præſumitur voluiſſe priuilegio ſuo tollere ſtatuta ciuitatis ex *Menoch. de præſumpt. lib.*6.*q.*39.*n.*4.

3 Nec tollitur conſtitutio cõciliaris, niſi de ea expreſſa fiat mentio. ita *Vitalis de Cambanis in tract. clauſularum, pag.* 11. *col.*1. *n.*2. *Marius Anton. var. reſolut. lib.*1. *reſolut.*58.*n.*6.*Aloyſ. Ricc. in praxi fori eccleſ. deciſ.* 556.*in* 1.*edit.& reſolut.*478.*n.*4. *in* 2. *edit. Bonacina de cenſuris diſp.*1.*q.*3.*puncto* 2.*nu.*4. *in fine. Cotta in memorabil. verbo clauſula non obſtante verſ. tertio nota. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p.*4.*collect.*1367.*prope finem. P. Henriq. in ſum. lib.*13.*cap.*57.§.1. *Flores de Mena Vari. quæſt. lib.* 1.*q.*10. *n.*50.*Stephan. Gratian. diſcept. forens. cap.*397.*à n.*35. *F. Emman. quæſt. Regular. to.*1.*q.*8. *art.* 10. *& to.*3.*q.*36.*art.*2.*P. Azori. inſt. moral.*

moral.p.2.lib.5.cap.14.col.574. P.Valer.Reginald. in praxi fori pænit. lib.5.n.2. quorum aliquos ego ipſe refero in meis remiſſ. ad Conc.*Trident.ſeſſ.1.in decreto de inchoando Concil.n.2.*quibus addo nouiſſime *Hieron. Fernand. in interpret.cap.1.de iud. à n.*10.

CLAVSVLA XLVI. Non obſtātibus quibuſcunque pactis.

1 CLauſula hæc non cōprehendit pactum iuratum, *ita Franciſc. Galletus in margarita caſuū conſcientiæ verbo clauſula pag.*40. *Vital.de Camban.in tract.clauſul.pag.*10.*col.*2.*par.*2 *Celſ. Hugo in tract. clauſ. pag.* 477. *col.* 1.

2 Non operatur quādo Princeps non fuit optime informatus de partium conuentionibus ſæpius confirmatis *D. Marta de clauſulis p.*1.*clauſula* 77.*num.*2. *poſt Crauet.Menoc.conſ.*1.*n.*434

CLAVSVLA XLVII. Non obſtantibus ſtatutis Eccleſiæ.

1 CLauſula hæc non tollit ſtatuta per Papam edita vel confirmata *gloſſ. in Clem. dum de ſepult.Celſ.Hugo in tract. clauſul.pag.*480.*col.*1. *Brunor.à Sole in locis cōmunibus verbo clauſula* 31. Nec tollit conſtitutionē iuratam, vt per *Vital. de Camba. in tract.clauſular.pag.*10.*col.*2. *num.*1.*Mari. Anton. variarum reſolut.lib.*1.*reſolut.*58.*num.*6.

CLAVSVLA XLVIII. Non ſe adſtringens niſi ad neceſſaria tantū.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Iaſ. in* §. *omnium num.* 161.*inſtit.de actionibus.Bonacoſ.p.*1 *commun.crim. verbo qualitas pag.*145.*Celſ.Hugo in tract.clauſul.pag.*502.*col.*2 *Pinel.in l.*2.*C.de reſcind. vendit. p.*3.*cap.*3.*num.*29.*Menoch.conſ.* 127.*n.*4.*Maſcar.de probationib. concl.* 1248.*num.* 57. *cum ſeqq. Ioan. Martins Acoſta in addit. ad Caminham in forma libellorū annot.*2.*lit.A.pag.*3.*D.Marta de clauſulis p.*1.*clauſ.*78.*Emman. Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib.*3.*cap.*2.*nu.*3.

2 Clauſula hæc vim habet excuſationis ne ſcilicet actor plus debito petens teneatur probare id quod petitum fuit, nec ob id actor in cauſa ſuccumbet, etſi omnia deducta in libello non pro-

probet ad vnguem ex *Menoch. d.conſ.*127.*n.*4.

3 Operatur etiã vt actor non teneatur probare qualitatẽ deductam in libello, aliàs ſine hac clauſula ſuccumbet non probando qualitatem, dato quod probaret factum principale, iuxta reſoluta per *Marant. de ord.iud. p.6.tit.de libelli oblatione nu.* 17. *Cardoſo in praxi iudicum,& aduocat. verbo clauſula n.*10. *Mendez a Caſtro d.c.*2. *n.*4.

4 Deinde operatur vt impertinentia ſuperflua, & inepta non noceant ex *Hippol. in l. vnus* §. *fi.n.*36.*ff.de quæſtionibus.*

5 Non videtur tamen remouere qualitatem expreſſam, cuius probatio neceſſaria eſt, ſed ſolum remouet probationem neceſſariam *Maſcard.d.concl.*1248 *num.*57.vbi *num.*58. aſſerit hoc procedere quando talis clauſula ponitur in fine libelli.

CLAVSVLA XLIX.
Nullo modo,&c.

1 HAec clauſula excludit omnem modum, qui aliàs eſſet permiſſus *Seraphin.de priuilegijs iuramenti priuileg.*98. *num.* 5.

2 Operatur vt diſpenſatio nõ admittatur *Franciſcus Galletus in margarita caſuum conſcientiæ verbo clauſula pag.* 40.

CLAVSVLA L.
Nunc & pro tempore.

1 HAec clauſula futura cõprehendit *nouiſſime ſacra Rota Romana deciſ.*733.*n.*4. *tom.*1.*p.*2. apud Farinac.

CLAVSVLA LI.
Omnia & ſingula.

1 HAbet hæc clauſula vim ſpecialis & indiuiduæ expreſſionis *D. Marta de clauſulis p.*1.*clauſula* 83.*num.*3. *Surd. conſ.*330.*n.*7.*& conſ.*412.*n.*27. *et conſ.*567.*n.*5.*nouiſſime Farin. ſacræ Rotæ Romanæ deciſ.* 130. *num.*3.*tom.*1.*p.*2.

2 Hæc clauſula ita geminata includit prorſus omnia abſque limitatione *gloſ. in cap. vt circa poſt med.in verſ. omnia & ſingula de elect.lib.*6.*Marius Alteri.de cenſuris tom.*1.*diſp.*15.*lib.*5.*c.*1. *lit.C.& diſp.*5.*cap.*2.*lit.D.*

3 Denotat ſeparationem, & habet virtutem diſiunctiuam, ita quod potuit dare omnia ſimul, vel etiam partem de per ſe *ex text.in l.huiuſmodi.*§.*pen.ff.de lega-*

legatis 1. notat *Surd. deciſ.* 268. *num.*4.

4 Aliquando vim habet copulatiuæ *Surd.d.deciſ.*268.*n.*14. Et repetit præcedentia coniunctim, & diuiſim *Seraphin.de priuilegijs iuramenti priuileg.*49.*n.* 38.Et ad quæcunq.pacta, & capitula refertur *Bertazol.de Clauſulis clauſ.*4.*gloſ.*3.*n.*1.vbi etiam tenet quod comprehēdit omnia & exigit concurſum omnium, quæ apta ſunt cōprehendi. Clauſula illa, omnibus & ſingulis, apponi ſolita in libellis quam vtilis ſit vide apud *Maſcard. de probat.concl.*1254.

CLAVSVLA LII.
Omni meliori modo.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ vide *Capic.deciſ.*96.*n.*8. *Hippol.conſ.*118.*n.*8. *vol.*2. *Syluan.conſ.*97.*n.*13. *Celſ. Hugo in tract. clauſul. pag.*503. *Pinel. in l.* 1. C. *de bonis mater. cap.*2.*n.*8. *ad finem*. *Menoch.de Arbitrar.lib.*1.*q.*47.*n.*3.*cum ſeq.* & *q.*72.*n.*15.& *conſ.*127. *nu.*5. & *conſ.*314.*num.*4. *Viui.tom.*3. *communium opinionum lib.* 6. *tit.* 13.*n.*256.*verſ. quoniam clauſula*. *Ioſeph. Ludouic. Peruſina deciſ.*117.*n.*2.22.& 23.*Seraphin. de priuilegijs iuram. priuil.* 22. *à n.*65. *Valaſc.de iure emphyt.q.*6. *n.*16.& *conſult.*119.*n.*15. *Surd. deciſ.*7.*n.*25.& *conſ.*303. *n.*13. & *conſ.*305.*n.*49. & *conſ.*428. *n.*19. *Aloyſ.Ricc. in collect. deciſ. p.*4. *colllect.*879. *Cardin.Tuſch. tom.*1.*lit.C.concl.*358.*Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*3.*n.*8.*Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 24. *n.*4. *Bernard.Graua.ad practicā cameræ imperialis lib.*1.*concl.*61. *conſid.*3.*n.*6.*Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib.*3.*cap.*2. *n.*6. *D.Marta de clauſulis p.*1.*clauſula* 84.& *p.*3.*clauſula* 56.*Rendina in promptuario recept.ſentent. tom.*1.*tit.*16.*n.*13.

2 Hæc clauſula æquipollet clauſulæ, Pleno iure, ex *D. Marta d.clauſula* 84.*n.*7.

3 Operatur, vt melior via cenſeatur electa *Ioſeph. Ludou. Peruſ.deciſ.*117. *n.*4.& 5. *Seraphin. de priuilegijs iuram. priuil.* 98. *nu.*3. *D. Marta d. clauſ.*56. *num.*4. Et vt ſi non valeat actus vno modo valeat omni alio meliori. *Mar. Anton. var. reſolut. lib.*2.*reſolut.*49.*n.*8.

4 Facit ſuſtinere actum, etiāſi alio modo quam expreſſum eſt, valere poſſet, non tamen operatur in requirentibus expreſsionem, nouiſsime *Farinac. ſacræ*

Rotæ

*Rota Romana deciſ.*553.*nu.* 20. *tom.*1.*p.*1. Poſita tamen ſine copula non includit modum non expreſſum *Card. Mantica Rotæ deciſ.*217.*num.*2.

5 Operatur vt vtilius remedium dicatur deductũ, & ſi quod fuit expreſſum non valet, eo modo quo fuit expreſſum, valeat eo modo quo valere põt. *Gomez lib.* 3.*tauri n.* 74. *Menoch.conſ.*314. *num.*4.*Surd.conſ.*428.*nu.*19. & *conſil.*450. *nu.*23.*Ioſeph. Ludou. Peruſ.deciſ.*117. *n.*4.& 5.*Aloyſ. Ricci.d.collect.*879.*effectu primo. D.Marta d.clauſula* 84. *num.*1. Operatur etiam vt cenſeatur intentatum omne remedium magis fauorabile, & deducta omnis actio neceſſaria, & proficua actori *Rota Bonon.diuerſ. deciſ.* 129. *num.* 25. & in petitione operatur, vt ſemper cauſa neceſſaria, ac ſemper actum, & neceſſarium remedium cenſeatur intentatum *ead.Rota deciſ.*116.*nu.*54.

6 Non alterat diſpoſitionem nec eam ampliat *Seraphin. Rotæ Rom.deciſ.* 1216. *n.* 13. & *deciſ.* 1184.*n.*3.reſoluit quod ſine copula non ampliat diſpoſitionẽ.

7 Facit ceſſare pœnam petentis plus debito vt per *Ioſeph Ludou.Peruſina deciſ.*117.*n.*4.&5.

8 Tollit contrarietatem, & ineptitudinem in libello *Card. Tuſc.pract.concl.to.*1.*lit.*C.*concl.* 358.*n.*9.& *num.*4. quod aufert ineptitudinem libelli.

9 Operatur vt in caſu dubio libellus interpretetur eo modo, qui fauorabilior eſt actori libellanti ex *Maranta de ordine iudiciorum par. 6. tit. de libelli oblatione num.*16.

10 Iudicium ad cauſam expreſſam non reſtringit, nec ſuſtinet libellum continentem remedia contraria *Surd.conſ.*273.*n.*6 & 27.*Ioſeph.Ludou.d.deciſ.*117. *num.*23.*Stephan.Gratian.d.c.*24 *num.* 4. quia hæc clauſula non operatur quoad contraria *Car. Tuſc.d.concluſ.*358.*n.*59. Sed in præſentiarum admonendus eſt ſtudioſus huius clauſulę, & illius, peto ius & iuſtitiam, vim neutiquam extendendam eſſe ad ea quorum mentio in libello facta non eſt, vt nõnulli arbitrati ſunt: ſed ſaltem quoad narrata, ſeu ſummam, aut rem petitam: non autẽ quoad aliud quod plus probaretur *Brunor. à Sole in locis cõmunib.verbo clauſ.n.*49.*Bernar. Græuæ.ad practicam cameræ imperialis lib.*1.*concl.* 61. *conſid.*3. *num.*2.& quando eſt certus modus non operatur vltra modum expreſſum *Farin.nouiſſima Rotæ deciſ.*

*deciſ.*841.*nu.*3.aliter enim comprehendit etiam non expreſſum nouiſſime apud *Farin.ſacra* Rota Romana *deciſ.*733.*n.*9.*tom.*1.*p.*2. Quando tamen huiuſmodi dictioni apponitur copula,&,veniunt etiam alij modi non expreſſi; reſoluunt citati à *Gonzal. d.gloſ.*3.*nu.*8.quibus adde *Aloyſ.* Ricci.*d. collect.*879.*effectu* 5.*D.* Marta *d.clauſula* 84.*num.*3.*Seraphin.*Rotæ Rom.*deciſ.*1184.*n.*3.

11 Ad incogitata non extenditur *Brunor. à Sole in locis communibus verbo clauſula num.*32. Card.*Tuſc.d.concl.*358.*n.*58.

12 Vim & effectum non tribuit actui re vera nullo:nec operatur quicquam cum adeſt defectus poteſtatis, vel modus ineptus exprimitur, & actus ex expreſſo deſcendere non poteſt ex Menoch.*de arb.lib.*1.*q.*47.*a.n.*3.

13 Nihil operatur cōtra mentem,& intentionem partium Rota *Bonon.diuerſ. deciſ.*63.*nu.*52. vbi *num.*53.dicit quod reſtringitur ad caſum tantum ſpecificatū.

14 Operatur vt in dubio cenſeatur relicta proprietas *Steph. Gratian. diſceptat.forenſ.c.*216.*num.*34.

15 Facit etiam vt cenſeatur data facultas capiendi bona propria auctoritate *D.*Marta *d.clauſula* 84. *n.*10. *& d. clauſula* 56. *nu.*15. contrarium affirmat in legato.

16 Donatio facta de bonis præſentibus & futuris virtute huius clauſulæ ſuſtinetur quoad præſentia, vt ex *Grato reſponſo* 70.*nu.*21.*lib.*1. reſoluit *Ioſeph. Ludou.d.deciſ.*117.*n.*6.

17 Hæc clauſula in teſtamētis appoſita operatur quod verbum, relinquo, importet inſtitutionem vt poſt *Paul.Caſtr.Bald. Felin. & alios* tenet *Viui. tom.*2. *communium opinionum lib. 6. tit.* 13.*n.*256.*verſ. quoniam clauſula, Hippolit.conſ.*118.*n.*9. *Aloyſ. Ricc.d.collect.*879.*effectu* 4.*Celſ. Hug. in tract. clauſul.pag.* 503. *col.* 1. Suſtinet teſtamentum inualidum *Verall.deciſ.*260.*nu.*2. *&* 3.*p.*3. vbi *n.*4. dicit quod in teſtamento appoſita intelligitur iuxta modum expreſſum, non autem non expreſſum.

18 Poſita in ſecundo teſtamento non ſufficit ad effectum vt per illud reuocetur primum *Seraphin.* Rotæ *Rom. deciſ.* 239. *n.*1. *& deciſ.*369.*n.*5.*&* 6. agit quādo donatio cauſa mortis arguat tranſitum in donationem inter viuos.

19 Facit valere teſtamentum in ſcriptis vt nuncupatiuū *Afflic. deciſ.*

*deciſ.*164. *nu.*2. *Ioſeph. Ludou.d. deciſ.*117. *n.6. Aloyſ. Ricc. d.collect.*879.*effectu tertio. D.Marta d.clauſula* 84. *n.*4. *& d. clauſula* 56.*n.*8.*Saluſt.*1.*Tiberi.in formulario inſtrument. lib.* 1. *cap.* 38. *num.*14.

20 Subintelligitur in teſtamento inter liberos *Hippol. conſ.* 118.*n.*10. *D.Marta d. clauſula* 56.*n.*10.

21 Operatur clauſulam codicillarem *Dec. conſ.*14.*nu.*3. *& conſ.*77.*num.*4. *Anton.Gomez ad l.* 3. *tauri, n.* 74. *D.Barboſa in priuatis ſcholijs ad l. nemo poteſt, nu.*422. *ff. de legatis* 1. *Stephan. Gratian.diſcept.forens.cap.* 369. *nu.6. Cardoſo in praxi iudicum & aduocat.verbo clauſula nu.* 8. *Aloyſ.Ricci.d.collect.* 879.*effectu 6.D. Marta d.clauſula* 84.*nu.6.* imò plus operatur quam clauſula codicillaris *Seraphin. de priuilegijs iuramenti priuileg.*98.*n.*8. *& priuil.*74. *num.*195.

21 Subſtitutionem directam pupillarem efficit,quæ aliàs non erat talis *Surd.conſil.*434.*nu.*13. *D.Marta d.clauſula* 56.*num.*12 *Rota Bonon.diuerſ.dec.*14. *n.*52.

22 Facit reſolui ſubſtitutionē directā in fideicommiſſariam ex *Stephan.Grat.d.cap.*369.*nu.6.*

Operatur vt legatarius poſſit capere legatum propria auctoritate *Intrigliolo Siciliæ deciſ.*48. *num.* 20.

Prohibet trebellianicam *Rota Bonon.deciſ.*14. *n.*53.vbi *nu.* 49. dicit quod aſſimilatur iuramēto.

23 Operatur validitatem in prælegato nullo *D. Marta d. clauſula* 56. *num.*14.

24 Tribuit tacite fideicommiſſario facultatē capiendi propria auctoritate *Cæſar.Argel. de contradictore legitimo q.*10.*n.*27

25 Operatur denique vt iuramentum ſuppletorium iudex deferat non petēte parte *Camil. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.*54.*num.6. cum ſeqq.*

26 Quando in inſtrumentis, ſeu nominationum chartis, hæc clauſula; omni meliori modo via & forma,apponitur, eius natura eſt excludere mortis cauſæ donationem, & inducere quod inter viuos donatio facta dicatur, & impedire reuocationem *Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.*3. *num.*13.

CLAVSVLA LIII.
Parito breui.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ late tractant *D.Marta de clauſ.p.*1. *clauſ.*87. *Mar-*

*Marcheſan.de commiſsio.p.*1.*pag.* 397.*cum multis ſequentib.* Campanili *diuerſ.iuris canon. rub.*11. *cap.*13.*à num.*258.

2 Importat conditionem cũ ſit ablatiui abſoluti ita *Gonzal. ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*1.§.1.*in annot.n.*246.*Campanili d. nu.*258. Ablatiuus enim abſolutus conditionem importat ac facit actũ conditionalem ex *reg. l.à teſtatore ff.de condition. & demonſtr. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa li. limit.*1.*n.*61.*Rebuff.in Auth. habita C. ne filius pro patre verbo habita pag.*573. *Menoch. conſil.* 393.*num.*22.*cum ſeqq. Brunor. à Sole in locis communibus verbo Ablatiui abſoluti* 1. *Surd. deciſ.* 268.*num.*11.Matienſo *l.*9.*glo.*4. *num.*1.*tit.* 11.*lib.*5.*nouæ recop. D.Barboſa in rub.ff.ſoluto matr. p.*1.*num.*23.*Ioſeph. Seſſe Aragoniæ deciſ.*31.*num.*8.*& dec.*131. *num.*22.*P.Sanch. de* Matrimonio *lib.*3.*diſput.*5.*num.*2.

3 Iuriſdictio ergo nulli competit donec ſit partitum dicto breui poſſeſſionem dimittendo, fructus reſtituendo, & expenſas, in quibus intruſus fuit condemnatus, reſtituendo ita, *Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*1.§.1.*in annot. num.*247.*cum duobus ſeqq.Nicol. Garcia de benefic.p.*6.*cap.*3.*à nu.* 110. *Marcheſan. de commiſſion. p.*1.*pag.*608.*n.*3.*&* 4. *Farin.nouiſſ.Rotæ deciſ.*93. *nu.*1. vbi *n.*3. reſoluit quod impedit tertium agere quando non eſt perſoluta penſio per titularem, & ideo hęc clauſula tertium pro ſuo intereſſe ad cauſæ veniẽtem afficit *Marcheſan.d.parte* 1.*pag.*398. *n.*15.

4 Hæc clauſula expenſas nõ capit *Marcheſan.d. par.* 1. *pag.* 285.*nu.* 52. *& pag.*608.*num.*4. nouiſſime apud *Farinac.ſacra Rota Rom. deciſ.*319.*n.*2.*tom.*1. *par.*2.*D.Marta d.clauſ.*87.*n.*3.

5 Oblatio non ſufficit ad parendum breui, ſed fructus debent liquidari & ſolui, *D.* Marta *d. clauſ.*87.*n.*3.*Seraphin.*Rot. Rom. *deciſ.*655.*num.*2.*&* 3. intelligitur de fructibus vltra dimiſſionẽ poſſeſſionis *Marcheſan. de. commiſsionib.par.*1.*pag.*433.*num.*1. & etiam de illis fructibus non liquidatis, *idem pag.*399.*num.*21. Tertios tamen quoad fructus nõ afficit hæc clauſula, *idem pag.* 397. *num.* 2.

6 Quando conceditur commiſſio non habenti iuriſdictionẽ, cum hac clauſula, tunc cum nulla adſit iuriſdictio donec ſit paritum breui, nullatenus poteſt appellans audiri in negotio principali, donec doceat de integra pari-

paritione, vt ex Caputaq; reſoluit *Gonzal.d.*§.1.*in annot.n.*251 *& à nu.*253. colligit omnes caſus in quibus admittatur appellatio ab executore breuis.

7 Non reuocat hæc clauſula executionem iam factam *D.Marta d.clauſula* 87.*n.* 10. vbi *n.*12. dicit quod illa intelligitur cum effectu vſque ad finem litis.

8 Non impedit manutentionem *Farin.nouiſſ.*Rotæ *deci.*179 *num.6.*poſita tamen in commiſſione illam impedit *D.Marta d.clauſ.*87.*num.*15.

9 Hæc clauſula & quę ſequitur eandem vim habent,& idem ſunt M*archeſan. de commiſſ. p.*1. *pag.*397.*num.*10.

CLAVSVLA LIV. Parito iudicato.

1 Clauſula hæc datur ſtantibus tribus conformibus ſententijs, vel duabus vigore ſtatuti. *Marcheſan. de commiſſionib. p.*2. *pag.*111. *nu.*157. *cum ſequent.* Et præſupponit rem iudicatam *Farin. ſacra Rota deciſ.*636.*n.*1.*tom.*1.*p.*2.

2 Executionem retardat ſtãte reſtitutione in integrum tam in cauſa eccleſiaſtica quam prophana idem *Marcheſan. d.p.* 2. *pag.*111. *n.*156. Et adiecta in commiſſione reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudicatam quomodo intelligatur vide *Car. Mant.Rota Rom. deciſ.*289.*n.*8.

3 Modificatur per clauſulam, Arbitrio Rotæ, *Seraphin. Rotæ Rom.deciſ.*1305.*n.*1.

4 Conditionalis eſt nec iuriſdictionem tribuit nouiſſime *ſacra* Rota Rom. apud *Farin. deciſ.* 701.*num.*5. *to.*1.*p.*1. Conditionaliter in Rota intelligitur *Marcheſan.de Commiſſ.p.*2.*pag.*112. *num.*162.*&* 191.vbi etiam reſoluit quod ſtante clauſula,appellatione remota, non eſt conditionalis.

5 Iuriſdictionem dat conditionalem Rota Rom. *d.p.*2. *deciſ.* 636.*nu.*1. & illam ſuſpendit donec fuerit paritum, & antequam paritum fuerit geſta ſunt nulla & ſine iuriſdictione, nouiſſime apud *Farin.ſacra* Rota *Romana deciſ.*68.*n.*1. *tom.*1.*p.*1.

CLAVSVLA LV. Per ceſſum vel deceſsũ.

1 Hæc clauſula non habet locum in reſignatione ad fauorem, ſed ſolum in reſignatione ſimplici *Cæſar Argel. de contradict.legit.q.*15.*nu.*150.

CLAV-

CLAVSVLA LVI.
Perinde valere.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ vide *Pariſ.cõſ.* 44.*n.*7.*& conſ.*45.*nu.*25. *vol.*4. *Menoch.conſ.* 316. *Aloyſ.* Ricci. *in collect. deciſ.par.*4.*collect.*1471. *Azori.inſtit.moral.p.*2.*lib.*7.*cap.* 31.*q.*1.*D.Marta de clauſ.par.* 1. *clauſ.*225.*Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib.*2.*cap.*3.*à nu.*14. *Mari.Ant.var.reſolut.lib.*1.*reſolut.*105. *num.*4. 5.*&* 7.

2 Reſcriptum cum hac clauſula datur quando Papa facultatem à ſe ante conceſſam, ſed aliqua ex parte irritam, valere decernit prout aſſerit *P.Azori.d.q.* 1.*verſ.porro reſcriptum*, vbi etiã agit in quibus differat à reſcripto Pontificio, quod dicitur noua prouiſio.

3 Retrotrahitur huiuſmodi reſcriptum, & efficit conceſſionẽ valere, quæ ſubreptitia dicitur, ita *Menoch.conſ.*316.*n.*3.*&* 15. *P.Azori.d.q.*1.*verſ.porro.*Non tamen retrotrahitur in præiudicium tertij *D. Marta d. clauſula* 225.*num.*1.

4 Probatio colorati tituli elicitur ex gratia, Perinde valere, quatenus de conſenſu patronorum, licet in ipſa gratia fuerit dictum de conſenſu maioris partis, niſi tamen conſtaret de iure patronatus ex confeſſione partis ex *Maſcard. de probat. concl.* 1387.*nu.*7.*Aloyſ.*Ricci. *d.collect.* 1471.*effectu* 2.

5 Diſpenſationis effectum tollit hæc clauſula *D. Marta d.clauſula* 225.*num.*4.

CLAVSVLA LVII.
Per omnia, &c.

1 HAbet hæc clauſula magnam efficaciam, & operatur, vt exæquata vnam & eandem habeant naturam §. 1. *verſ. per omnia fere inſtit. de donation.l.*1.*ff.de legatis* 1.*Bertaz. de clauſulis inſtrum. clauſ.* 21. *num.*1.

2 Huius clauſulæ effectus eſt vt nihil omnino excludat ex *Surd. conſ.*412.*nu.*29. Et operatur atque importat omnem ſubſtantiam & qualitatem *Cotta in memorabilibus verbo per omnia*, *pag.*679. Importat perfectionem & integritatẽ diſpoſitionis, §.*pari ratione verſ. per omnia inſtit. quibus modis ius patriæ pot. Bertazol.vbi ſupra.*

CLAVSVLA LVIII. Pleno iure.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ vide *Petr. Gregor. Syntagm. iuris lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 5. *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. lit. P. concl.* 364. *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſula* 89.

2 Hæc clauſula operatur quod proprietas vna cum vſufructu transferatur ex *text. in l. Mater C. ad Tertullian. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 239. *nu.* 6. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 8. *lit. V. concl.* 315. *n.* 94. *D. Marta d. clauſula* 89. *n.* 1. vbi *n.* 3. id intelligit quando ponitur abſolute non reſpectiue.

3 Operatur etiam quod hæres pleno iure inſtitutus etiam in vſufructu inſtitutus intelligatur, vt ex alijs ſequitur & explicat *Cardin. Mantica de coniecturis vltimarum volunt. lib.* 9. *tit.* 6. *nu.* 17. *&* 19. & relati *per Menoch. de præſumptionib. lib.* 4. *q.* 140. *n.* 26.

4 Poſita in donatione propter nuptias nullis exiſtentibus filijs primi matrimonij intelligitur quoad proprietatem & vſumfructum, illis vero exiſtentibus intelligitur quoad vſumfructum tantum *D. Marta d. clauſula* 89. *num.* 4.

5 Subſtitutio in dubio cenſetur directa per hanc clauſulam *D. Marta de clauſulis p.* 3. *clauſula* 58. *nu.* 2. vbi *num.* 1. reſoluit quod per illam non eſt prohibita Trebellianica.

6 Operatur ſine diminutione *D. Marta d. p.* 1. *clauſula* 89. *n.* 5. vbi *n.* 6. tenet quod in collatione beneficiorum operatur abſque conſenſu vel præſentatione alicuius.

7 Verba huius clauſulæ important totalitatem ex *Menoch. conſ.* 1. *n.* 13. *& conſ.* 191. *n.* 14.

CLAVSVLA LIX. Pro expreſsis habentes.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ vide *Pariſ. conſ.* 1. *n.* 96. *vol.* 1. *& conſ.* 42. *vol.* 5. *Dec. conſ.* 341. *& conſ.* 441. *nu.* 7. *vol.* 1. *Anton. Gabr. tom.* 3. *commun. opinion. lib.* 6. *tit. de clauſulis concl.* 5. *Perez l.* 6. *verſ. ſexto clauſula tit.* 12. *lib.* 3. *ordin. pag.* 695. *Menoch. conſ.* 190. *n.* 24. *Flam. de reſignation. to.* 2. *lib.* 12. *q.* 14. *nu.* 15. *&* 16. *Marcheſan. de commiſſionib. p.* 1. *pag.* 225. *cum ſeqq. Cardin. Tuſch. pract. concl. tom.* 1. *lit. C. concl.* 329. *Aloyſ. Ricc. in col-*

in collect. deciſ. p.4. collect. 949. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 36. *nu.* 83. *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſ.* 96.

2 Hæc clauſula eſt periculoſa; & de ſtylo apponi ſolita *Tiraq. de legibus connub. gloſ.* 7. *nu.* 303. *cum ſeqq. D. Marta d. clauſula* 96. *n.* 5. *Card. Tuſch. d. concl.* 329. *n.* 2.

3 Operatur idem acſi tenores ſpecifice inſerti eſsēt. *D. Marta d. clauſula* 96. *num.* 6. *Ioſeph. Seſſè Aragoniæ deciſ.* 93. *num.* 15. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 329. *nu.* 6. *Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſtici p.* 1. *cap.* 13. *n.* 21. *& p.* 4. *cap.* 2. *n.* 189.

4 Inducit indiuiduam omniū expreſſionem cum omnibus ſuis qualitatibus, *poſt* Crauet. *&* Rebuff. *D. Marta de clauſulis par.* 1. *clauſ.* 123. *nu.* 1. *Flamin. d. q.* 14. *nu.* 16. *Aloyſ.* Ricci. *d. collect.* 949. *effectu* 1.

5 Habet vim ſpecialis derogationis vt *ex* Crauet. *Selu. & alijs reſoluit* Menoch. *d. conſ.* 190. *n.* 24. *& de præſumpt. lib.* 6. *q.* 39. *num.* 6. vbi etiam aſſerit Principē priuilegio ſuo præſumi noluiſſe derogare ſtatuto ciuitatis, quando in ipſo priuilegio adiecta fuit hæc clauſula.

6 Tollit priuilegia & indulta habentia clauſulam derogatoriā ad futura priuilegia ex *Flamin. d. q.* 14. *n.* 16. *Aloyſ. Ricci. d. collec.* 949. *effectu* 4. *D. Marta d. p.* 1. *clauſula* 123. *num.* 9.

7 Purgat vitium ſubreptionis *Alexand. Trentaſinq. vari. reſolut. lib.* 1. *tit. de reſcriptis reſolut.* 5. *n.* 37. *Card. Tuſch. d. concl.* 329. *num.* 13.

8 Inducit ſcientiam per modum fictum, & operatur quoad validitatem actus *D. Marta d. clauſula* 123. *num.* 2. *Aloyſ. Ricci. d. collect.* 949. *effectu ſecundo.*

9 Operatur, vt cenſeatur facta mentio clauſulæ, ſublata, &c. *Aloyſ. Ricci. d. collect.* 949. *effectu quinto. D. Marta d. clauſula* 123. *num.* 7. vbi *num.* 9. *&* 18. quod operatur etiam ad poſtulationem partis.

10 Deinde operatur quoad ſui præiudicium non alienum. *Ioſeph. Seſſe Aragoniæ deciſ.* 93. *num.* 24.

11 Non ſufficit hæc clauſula vbi lex aliquid requirit expreſſum *Ioſeph Seſſe d. deciſ.* 93. *n.* 17.

12 Nec operatur in his quæ ſunt contraria narratis, vel conſiſtunt in facto ignorato *D. Marta d. p.* 1. *clauſ.* 96. *num.* 4. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 329. *num.* 17.

Q 2 CLAV-

CLAVSVLA LX.
Pro maiori ſeu potiori cautela.

1 Clauſula hæc inducit abũdantem prouiſionem, quaſi ſufficiant iam diſpoſita *Card.Tuſch.practic.concluſ. to.1. lit.C.concl.*301. Abundans enim cautela non nocet *Surd.deciſ.*13. *num.*14.*Sebaſt.Næui.in l.Non ſolent* 95.*ff.de regul.iuris.Farin. in praxi crimin.p.*3.*q.*89.*n.*123. *Gonzal.ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*6. *à num.*26.*Stephan. Grat.diſcept. forens.cap.*141.*num.*12. *Cardin. Tuſch.d.tom.*1.*lit.A.concl.*67.

CLAVSVLA LXI.
Pro ſe & filijs.

1 Emphyteuſis conceſſa pro ſe & filijs, comprehendit etiam filios naſcituros non dum natos *Gama Luſitana deciſ.*233. *num.*7.quem refert *Camil.Borr. in ſumma omnium deciſ. tit.* 33. *num.* 35. Et poteſt vni filiorum aſsignari cæteris excluſis *Gama vbi proxime. Camill. Borrell. d. tit.*33.*num.*36. *Surd. deciſ.*209. *num.*16.*Cald.Pereira in reſponſo pro Societate Ieſu nu.*15. *Cardoſo in praxi iudicum & aduocat. verbo Emphyteuſis num.* 28.

2 Emphyteuſis conceſſa, pro ſe & filijs, poteſt ad nepotes deuenire, quia in emphyteuſi filiorũ appellatione veniunt nepotes *Card.Mant.de tacitis & ambig. conuent.to.*2. *lib.*22.*tit.*12.*Cald. Pereira de nominat.emphyt q.*13. *a.n.*14.*& q.*17. *à num.* 48. Sed prius debet venire ad filium, vel filiam exiſtentem ex *Cald. Pereira d.q.*13.*n.*3.Et quãdo emphyteuſis ſuſcepta eſt pro ſe, & filijs ac nepotibus maſculis: aut pro ſe & deſcendentibus maſculis, in ea ſuccedere poteſt nepos maſculus filius filiæ, *Clar. in pract. §. emphyteuſis q.*36.*num.*1.*Valaſc. de iure emphyt.q.*41. *n.*5. quamuis contrarium ſequantur *Molina de primog. Hiſpan.lib.*3.*cap.*5 *num.*41.*Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib.*3.*cap.*10. *n.*4.

3 In emphyteuſi cõceſſã, pro ſe, & filijs maſculis & fœminis, ſuccedunt ordine ſucceſsiuo, ſecus ſi conceſsio ſit facta per dictionem, cum, *Stephan. Gratian. diſcept.forens.cap.*70.*num.*24.*& ſeq.*quia tunc maſculi & fœminæ inſimul admittuntur *Valaſc. de iure emphyt. q.*41. *n.*4.

4 Emphyteuſis accepta pro ſe & vxore & filijs põt deuenire ad filios ſecũdi matrimonij *Bal.*

*in auth. qui rem num.*5. C. *de ſacroſ.*Eccleſ.quem ſequuntur *Menoch.conſ.*40.*num.*25.*& lib.*4.*de præſump.q.*21.*n.*8.*Gama Luſitana deciſ.* 251. *Cardoſo d. verbo emphyteuſis n.*38.*Camill.Borrel. d.tit.*33.*num.*37.ſecus eſt quando conceditur pro filijs vtriuſque *Gama Luſitana deciſ.* 233. *nu.*2. *Cald.Pereira de nominat.emphy. q.*15. *à n.* 25. *& de poteſtate eligendi cap.*13. *à nu.*22.

5 Quando cum hac clauſula emphyteuſis conceditur non poteſt pater præiudicare filijs *Cou. lib.*2.*vari.cap.*18.*nu.*2. *Clar.*§. *emphyteuſis q.*16.*num.*1.*verſ.his præmiſsis.Valaſc.de iure emphyt. q.*49.*num.*6.*Gaſp.Roderi.de annuis reditib.lib.*2.*q.*22. *num.*37. *Gama Luſitana deciſ.*8.*à num.*1. *& deciſ.*151 *num.*1.*Cald.Pereira de nominat.emphyt.q.*12.*n.*52 *P.Molina de iuſtitia tract.*2.*diſp.* 478.*num.*2. *P.Rebello de obligat. iuſtitiæ p.*2.*lib.*3.*q.*15.*nu.*6. *Cabedo Luſitana deciſ.* 154. *num.*5. *p.* 1. *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.*65.*Camill.Borrell.d.tit.*33. *num.*295.*& num.*300. Nec etiã tranſigendo illis præiudicium inferre poterit ex *Gama Luſitana deciſ.*151.& ſi alicui tertio eã vendiderit à filio talis venditio reſcindi poterit, dummodo reſtituat emptori pretium pro ſua parte,ſi patris hæres ſit, *Gama deciſ.*8.*num.*4.quem refert & ſequitur.*P.Rebello d.nu.*6.*prope finem.*Vnde in dubio pater,ſi vendat, videtur tantum vendere ius ſuum,non filiorum *Cald.Pereira de renouat. emphyt. q.*16. *nu.*38. *& de poteſtate elegendi cap.* 3. *num.* 38.*Surd.deciſ.*172.*num.*7. *Cabedo Luſitana deciſ.*134.*p.*1. & alienatio durabit ſolum in vita alienantis *Flamin. de reſign. lib.*6.*q.*2.*num.*91.*&* 92.

6 Limita tamen quando pater fuit primus emphyteuſis acquiſitor,quia tunc poteſt alienare in præiudicium comprehenſorum, præſertim accedente domini conſenſu *Surd.deciſ.*11. *in fine Peregrin.de fideicom.art.*6.*n.*24. *Valaſc.de iure emphyt.q.*49.*n.*6. *Cald.Pereira de reſolut. emphyt. cap.*20.*num.*4.*& in reſponſo pro Societate Ieſu nu.*13. *Aloyſ.*Ricci. *in collect.deciſ.par.*3.*collect.*690. *verſ.Limita ſecundo.P.*Rebello *d. n.*6.*P.Molin.d.diſp.*478.*num.*4. *Stephan.Gratian.d.deciſ.*65.*à n.* 8.*Camill.Borrel.d.tit.*33.*n.*298 *Molin.de primog.lib.*2.*c.*10.*n.*71.

7 Limita etiam ſi emphyteuſis ex re, vel pecunia patris acquiſita ſit, quia tunc poteſt pater filijs alienando nocere *Pinel.*

*l.*1.C.*de bonis maternis, p.*3. *nu.* 98. *Valaſc.d.q.*49. *nu.*70. *Cald. Pereira d.cap.*20. *n.*15. *& de poteſtate elig.cap.*15.*num.*14.*in fine.& d. reſponſo n.*16.*& in comment.ad* §. *Sed hæc inſtit.de inoff. teſtam.cap.*2.*num.*27.*allegat.iuris pro* Maioratu *de Bellas par.*2. *art.*5. *num.*146. *Flores in addit. ad Gam.deciſ.*5. *ad fin. P.*Molin. *d.diſp.* 478.*num.* 5. Rebello *d. q.* 15.*num.* 2.

CLAVSVLA LXII. Pro ſe & ſuis.

1 HAec clauſula abſque alia expreſsione deſcēdentium, vel hæredum intelligitur de hæredibus in dubio.*Card. Tuſch.pract.concluſ.tom.*1.*lit.*C. *concluſ.*294.*num.*5.

CLAVSVLA LXIII. Pro ſe & hæredibus.

1 HAec clauſula poſita in contractu emphyteutico importat emphyteuſim hæreditariam *Ioan. Franciſ. Leo in theſauro fori eccleſiaſtici p.*4.*c.*1. *n.*16.vbi *n.*19. reſoluit quod admittit fœminas deſcendentis, & etiam quaſcumque perſonas extraneas, dummodo habeant illam qualitatem hæreditariam, quod ſint hæredes, intellige ſi hæredes fuerint capaces *Cald. Pereira de nominat.emphyt.q.*10 *num.*9.& ſi adeant hæreditatem idem *Cald.Pereira q.*12.*nu.*45. vbi etiam reſoluit procedere in hærede inſtituto in re certa nullo dato cohærede vniuerſali, vel ſi forte habuit cohæredem, qui tamen repudiauit. idem *Cald. d. tract. de nominat.q.*8. *n.*6. tenet non procedere in fideicommiſſario vniuerſali, qui verus hæres non eſt.

2 Emphyteutis tamen eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & hæredibus ſuis non tranſit ad hæredes extraneos, ſed tantum ad filios *Ceuall.communium contra communes q.*194.*D.Marta in votis nouiſſ.deciſ.voto* 207. *n.*3. vbi reſoluit quod eo caſu trāſibit ad hæredes extraneos, quando fuerit conceſſa pro ſe, & hæredibus ac ſucceſſoribus quibuſcumque cum placito Sedis Apoſt.

CLAVSVLA LXIV. Promittens habere ratum, & non cōtrafacere, vel contrauenire.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *D.Marta* de

*de clauſulis p.*1*.clauſula* 98.*Car. Tuſch. pract. concluſ. to.*1*. lit.*C. *concluſ.*299.

2 Hæc clauſula importat perpetuitatem, vt non faciat vel veniat contra per ſe nec per alium, & importat renunciationem læſionis ex *l.* 2.C.*de reſcind.vendi.* & tollit præſcriptionem *Cardin. Tuſch.d.concl.*299.*nu.*3.*&* 4.

3 Operatur tantũ quoad contenta in mandato, nec vltra illa extẽditur iuxta tradita per *Surd. conſ.*460.*nu.*35.*D.M*arta *d.clauſula* 98.*num.*2. *& p.*4. *clauſ.*21. *num.*5.*Card.Tuſch.d.to.*1. *lit.*C. *concluſ.*364.*num.*24.

4 Et hanc clauſulam non inducit mandatum cum libera *glo. in l.ſi procuratorem ff. de procur.* Cou.*vari.lib.*1.*cap.*6.*nu.*4.*quem refert Nicol. Garcia de beneficijs p.*5.*cap.*8. *num.*75. *D.* Marta *d. clauſula* 98. *in princip.*

CLAVSVLA LXV.
Proteſtatur pro expenſis.

1 PEr hanc clauſulam cenſetur interpellatus iudex vt condemnet victum victori ad expenſas, ad quas non tenetur iudex condemnare, ſi non petantur. *Maranta de ordine iudiciorũ p.*6.*tit.de libelli oblatione n.*18. *Cardoſo in praxi iudicum & aduocat. verbo clauſula* 11. Iudex enim non poteſt, parte non petente, victum in expenſis condemnare *gloſ.vlt. in cap.fin. de reſcriptis . Viui.to.* 1.*commun. opinion.lib.*4.*tit.*1.*num.*95.*verſ. hocque intelligitur . Seraphin. de priuileg.iuramen.priuil.*13.*n.*37. *Perez l.*1.*tit.* 15.*lib.*3.*ordin.pag.* 735. *Amat.Roderic.in pract.de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap.*5. *n.*34. *D. Barboſa in l.eum qui temere, n.*174.*cum ſeqq.ff.de iudicijs.*

CLAVSVLA LXVI.
Prout de iure.

1 SEmper apponitur in reſcripto reſtitutionis in integrum vt per *Campanili in diuerſ. iuris canonici rub.*11.*c.*13. *num.*297.

2 Intelligitur hæc clauſula tam de iure communi quàm de iure municipali *Marcheſan. de commiſſion. p.*2.*pag.*144 *n.*118. Et iudex cui committitur cauſa vt cognoſcat ſecundum ius poterit cognoſcere ſecundum conſuetudinem vel ſtatuta vt *poſt Abb. Bernard. & alios* tenet *Ceuall. communium contra commu-*

*nes q.*238.*à princip.* Si tamen ex partium conuentione aliquid fieri debeat ſecundum ius intelligitur ſecundum leges regni, non ſecundum leges imperiales *D. Marta in votis nouiſſ. deciſ. voto* 154. *nu.*4. *Bertazol. de clauſulis clauſ.*4.*gloſ.*35.*num.*2. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.*99.*à princip.* vbi *nu.*14. reſoluit quod appellatione iuris communis, venit ius commune Romanorum, non commune municipale, de quo etiam. *Caualcan. de tutore & curat. n.*98. *in fine Ceuall. d. q.*238.*in fine.*

2 Nemini damnoſa eſt hæc clauſula & iudici dat formam *Marcheſ. de commiſſionib. par.*3. *pag.*223.*n.*103.

3 Principis voluntatem oſtēdit *Marcheſan. d.tract. de commiſſion.p.*2.*pag.*128.*n.*2.

4 In reſcripto reſtringit tantum verba præcedentia, non autem refertur ad omnia contenta in commiſſione, in quibus adeſt ſpecialis determinatio *Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.*922.*n.*5.

5 In motu proprio limitat totum reſcriptum idem *Seraphin. deciſ.*896.*n.*4.

CLAVSVLA LXVII.

Quam & quas.

1 DE hac clauſula vide *Papazonum in deciſ. Rotæ* 23. *de reſcriptis in nouis. Abb. in cap. ſignificantibus à n.* 15. *vt lite non conteſt. Campan. in diuerſ. iuris canon. rub.*11.*cap.*13.*à nu.*206. *Menoch. conſ.*166. *à nu.*8. *Mandoſ. in commiſſ.*9. *admiſſ. pro intereſſe verſ. quam & quas.*

2 Hæc clauſula facit quod iudex procedat in negotio principali appellatione omiſſa *Marcheſan. de commiſſionib. p.*1. *pag.* 175.*num.*5.

3 Poſita in commiſſione poſſeſſorij facit vt etiam petitorium deduci poſsit, nouiſsime *ſacra Rota Rom. deciſ.*455.*n.*2.*tom.*1. *p.*2.*apud Farin.*

4 Efficit ne ad expreſſa commiſsio ſit reſtricta *Marcheſan. de commiſſion. p.*1.*pag.*200.*n.*63.*& pag.*231.*n.*1.

5 In commiſsione reſtitutionis in integrum poſita cenſetur data iuriſdictio tam ſuper principali quam ſuper acceſſorijs *Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 1327. *num.*3.

6 Cæptum iudicium non mutat *Marcheſan. d.p.*1.*pag.* 201. *num.*69.

7 Ope-

7 Operatur vt ſententia lata in gradu appellationis ſuſtineatur tanquam prima, nouiſsime *apud Farinac. ſacra Rota Rom. deciſ.*731. *n.*5. *tom.*1. *p.*2. Et facit quod iudex vt in prima procedere poſsit *Marcheſan. par.*2. *pag.* 37. *num.*4. *Seraphin. deciſ.* 1241. *n.*2. *&* 3. Et operatur vt iudex appellationis poſsit procedere prout iudex prioris inſtãtiæ *Farin. d.p.* 2. *deciſ.*546. *nu.*1. In commiſsione facit quod non poſsit dubitari quod appellatio non fuerit bene introducta *Seraphin. deciſ.*644. *n.*3. Deinde facit quod appellatione deſerta iudex iudicat in negotio principali *Marcheſan. de commiſſionib. p.*3. *pag.*394. *n.*6.

8 Appoſita in commiſsione appellationis operatur, vt cenſeatur commiſſum & deductum omne ius competens etiam per viam querelæ, nouiſsime *apud Farinac. ſacra Rota Romana deciſion.* 360. *num.* 3. *tomo* 1. *par.* 1.

9 Operatur denique cognitionem ſuper iactantijs *Marcheſan. de commiſſion. p.*1. *pag.*200. *num.*60.

CLAVSVLA LXVIII.
Quæ duxeris acceptandum.

1 HAec clauſula in ſpectatiua facit gratiam conditionalem, ideo attenditur tempus conditionis & acceptationis an beneficium cadat ſub gratia. *Cardin. Tuſch. pract. concl. tom.*1. *lit. C. concl.*313.

CLAVSVLA LXIX.
Quantum ſibi videbitur.

1 IMportat hæc clauſula non meram & liberam voluntatem, ſed arbitrium boni viri *l. fideicommiſſaria* ibi, *ſi* tibi *videbitur peto manumittas, ff. de fideicommiſſarijs libertatibus Moneta in tract. de diſtribut. quotid. p.*1. *q.*9. *n.*27.

CLAVSVLA LXX.
Quorum tenores.

1 HAec clauſula non multum attenditur *Ioſeph. Seſſe Aragoniæ deciſ.* 93. *nu.* 19. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 36. *à n.*13.

2 Habet tantam vim ac ſi tenor

nor eſſet inſertus *Ioſeph. Seſſe d. deciſ.*93. *n.*15. *Card.Tuſch.pra-ctic.concl. tom.*1 *.lit.C.concl.*350. *à n.*3. *Ioan.Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſtici p.*1. *c.*13. *n.*21. *& p.*4. *cap.*2.*n.*189.*nouiſſime Farin.ſacra Rota Rom.deciſ.* 666. *n.*7.*tom.*1.*p.*2. vbi etiam reſoluit quod eſt latiſſime extendenda. *Mar. Anton.variar.reſolut.lib.*1.*reſolu.*18.*Card. Mantica* Rot*a Romana deciſ.*76. *n.*3. *Aldrete pro omnimoda regulariũ exemptione par.*1.*cap.* 2. *num.*3.

3 Vim habet ſpecialis, ac indiuiduæ expreſsionis *Ioſeph.de ſeſſe d. deciſ.* 93. *num.*21. *&* 22. M*archeſan.de commiſſion.par.*2. *pag.*316.*num.*105. *D.* M*arta de clauſul.p.*1.*clauſula* 123.*n.*1.*Flamin.de reſignationib. lib.*12.*q.*14 *num.*16.*Aloyſ.Ricci.in collect. deciſ.p.*4. *collect.* 949.*effectu* 1.*nouiſsime Farin.ſacra Rota Romana deciſ.*466.*nu.*5.*& deciſ.*506. *num.*5.*tom.*1.*p.*1.vbi etiam reſoluit quod habet vim expreſſionis cuiuſq; litis & prætenſionis in iudicium deductæ.

4 Deſeruit ad tollendã ſubreptionem.M*archeſan.de commiſſ. p.*3.*pag.*124.*n.*3.nouiſſime apud *Farin.ſacra* R*ota Rom.deciſ.*569 *num.*8.*tom.*1. *p.*2. Non tollit tamen ſubreptionem cum derogatione regulæ de iure quæſito M*archeſan.p.*1.*pag.*227.*n.*331.

5 In priuilegijs de ſtyllo apponi ſolet *Seraphin. Rota Romana deciſ.*296.*num.*7.

6 Reſtringitur iuxta narrata *Seraph.Rota Rom.deciſ.*16.*nu.*1. Nec extenditur.*Marcheſan.d.p.* 1.*pag.*633.*num.*3.

7 Operatur quoad ſuum prȩiudicium non vero aliorum *Ioſeph.de Seſſe Aragonia deciſ.* 93. *num.*24.

8 Omnia comprehendit *Seraphin.*R*ota Rom.deciſ.*510.*n.*6.

9 Non operatur quotieſcunque concedens habendo notitiã non conceſsiſſet M*archeſan.d.p.* 1.*pag.*640. *nu.*6. Nec habet efficaciam quoties Papa ſi ſciuiſſet defectus non ita reſcripſiſſet *Seraphin.*R*ota Rom.deciſ.*981. *n.*8. Nec inducit certam ſcientiam concedentis *Marcheſan.d.par.*1 *pag.*640.*n.*8.

CLAVSVLA LXXI.
Quouis modo.

1. HAec clauſula concernit omnes modos & vacationes, ſed non qualitates modorum, & refertur ad perſonam expreſſam, & non ad extrinſecã *Nauar.in cap.ſi quando except.*2 *nu.* 3.

nu.3.de reſcriptis.Ioan. Franciſ. Leo in theſauſauro fori eccleſ.p.2. cap.3.num. 85.*Rebuff.in tract.nominat.q.*17.*n.*26.vbi etiam aſſerit quod ad tollendas dubitationes,quæ oriri ſolebant in hac materia,inuenta eſt practica in Curia Romana, vt in impetrationibus exprimatur quouis modo vacet.

2 Operatur vt apparet de intentione mandantis *cap. ſuſceptũ de reſcriptis lib.6.Rebuff.in praxi beneſi.tit.de forma mãdati Apoſt. verſ.fallit quando pag.*709.

3 Obtenta à reſignatario nõ capit vacationem inductam per regulam de infirmis *Flamin. de reſigna.tom.*2.*lib.*12.*q.*14.*n.*23. vbi *num.*25.quod capit vacationem de præſenti.

CLAVSVLA LXXII. Rationi congruit.

1 RESCRIPTUM, rationi congruit, introductum fuit ad conſeruandum beneficium à Romano Pontifice impetratum, vt ſi quis conſequatur beneficiũ à Pontifice, qui nunc viuit, per ſcripturam ab ipſo tantummodo ſignatam litteris non expeditis poſt obitum eius impetrat à ſuccedente Pontifice diploma Pontificium, quo prima impetratio confirmetur, quod reſcripti genus vocatur, rationi congruit, quia incipit,rationi conuenit, & congruit honeſtati. ita P. *Azori. inſtit.moral.par.*2.*lib.*7.*cap.*31. *col.*932.*litt.D.*

2 Pontificium diploma, ſi in vita alterius Pontificis impetrari & confici nequiuerit, valebit ſi deinde poſt ſex menſes fuerit expeditum,*idem P.Azori.d.cap.*31 *col.*935.vbi *in fi. d.c.* tenet quod diploma Pontificium obtentum non poteſt corrigi, & emendari per reſcriptum, rationi congruit.

3 Reſcriptum hoc non habet locum cum gratiæ impetratio eſt penitus extincta, vt ex *Rebuff.* reſoluit idem *P.Azori. d.cap.*31. *col.*932.*lit.*D.

4 Differt à reſcripto, perinde valere, quia hoc confirmat id quod erat alioquin inutile, irritum, & inane: illud vero nullo modo confirmat niſi impetrationem ratam quidem & firmam, ſed non abſolutam, & perfectam idem *P.Azori.d.cap.*31.*col.*932. *litt. E.* vbi alias differentias adducit.

5 Alia de hac clauſula vide apud *Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib.*2.*cap.*3.*à nu.*21.

CLAV-

CLAVSVLA LXXIII.
Rato manente pacto.

1 HAec clauſula tacite ſubintelligitur in omnibus contractibus bonæ fidei *Cotta in memorabilib. verbo clauſula, pag.* 110. *Cald. Pereira de emptione & vendit. cap.* 30. *n.* 55. præterquam in fideicommiſsis *Vitalis de Camban. in tract. clauſ. pag.* 4. *nu.* 8. *Celſ. Hug. eodem tract. pag.* 510. *col.* 2.

2 Operatur quod debitum principale ſimul & pœna exigi poſsit, & vtrumque debeatur, vt probat *text. in l. qui fidem, ff. de transact. l. cum proponas* C. *eod. tit. Vital. de Cambanis in tract. clauſularum fol.* 3. *n.* 1. *cum ſeqq. Saluſti. Tiberius in formulario inſtrum. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 10. *& c.* 19. *n.* 14. *Gutier. in repetit. l. nemo poteſt, n.* 423. *ff. de legatis* 1. *Cald. Pereira d. cap.* 30. *n.* 52. vbi *n.* 53. aſſerit tantum procedere in fauorem eius, qui contractum adimpleuit, de quo etiam *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 1. *lit.* C. *concl.* 300. *n.* 15. *cum ſeq.*

3 Inducit nouationem in præiudicium contrauenientis *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſula* 125. *n.* 9. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 200. *n.* 5.

4 Emphyteuta poteſt expelli etiam recepto canone ob hanc clauſulam *D. Marta. d. clauſula* 125. *n.* 7. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 200. *n.* 11. *Vital. de Cambanis* vbi *ſupra, n.* 4.

5 Iuramentum habet vim huius clauſulæ *D. Marta d. clauſula* 125. *nu.* 4. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 300. *nu.* 4. *Celſ. Hugo vbi proxime.*

6 Non operatur tamen hæc clauſula quando pars ipſa contrauenit *Vitalis de Cambanis vbi ſupra, n.* 4. *Seraphin. de priuil. iur. priuil.* 85. *nu.* 85. Non obſeruanti minime prodeſt *Ioſeph. de Seſſe de inhibition. cap.* 5. *§.* 3. *n.* 11. *Celſ. Hug. vbi proxime* Cõtractus vero firmus manet *Maſcard. de probation. concl.* 1157. *n.* 37. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 200. *n.* 9.

CLAVSVLA LXXIV.
Rebus ſic ſtantibus.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ vide late *D. Marta de clauſulis p.* 1. *clauſula* 127. *& p.* 2. *clauſula* 64. *& p.* 3. *clauſula* 73. *Celſ. Hug. in tract. clauſularum, pag.* 510. *col.* 1.

2 Hæc clauſula regulariter intelligitur in quacumque diſpoſitione, obligatione, promiſsione,

ne, vel pacto, etiam iuramento firmatis, vt probat *text.in l.quod ſeruus vbi gloſ. ff. de condict. ob cauſam, l.continuus,* §.*cum quis, ff.de verborum obligation.l.quæro* §. *inter locatorem, ff. locati Hippol.conſ.76.n.31.vol.1.Maſcard. de probation.concl.*1131.*n.*27.*&* *concl.*1157.*n.*7.*Tiraq.in l.ſi vnquam in princip. n.*166. C.*de reuocand.donation.Surd.deciſ.*326. *n.*31.*& conſ.*418. *nu.*8. *& conſ.* 445. *n.*35. *& de alimentis tit.*2. *q.*15.*n.*187.*& tit.*8.*priuileg.*56. *n.*61. *Gutier.practic. lib.*3.*q.*42. *n.*37.*&* 38.*& in tract.de tutelis & curis,p.*1.*cap.*1.*n.* 23.*Flamin. de reſignat. lib.*1.*q.*14.*n.*11.*& lib.*3.*q.*18.*n.*123.*Farin.nouiſſ. Rotæ deciſ.*606.*n.*3.*D.Marta d. clauſula* 73. *& d. clauſula* 127. *n.*1.*&* 2.*Cald. Pereira in reſponſo pro Duce Paſtranæ n.*6. & in *reſponſo pro D. Roderico à Sylua verſ. ad hæc*. *Stephan. Gratian. diſcept.forenſ.cap.*96.*n.*23.*Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ.p.*5.*collect.* 1771.*Hieron.Fernandez de Otero ſelect. interpret. iib. vn. in interpret. cap.fin. de conſuet.n.*77.

3 Non ſubſiſtit hæc clauſula quando partes diſpoſuerunt etiã mutato rerum ſtatu *Surd. d.conſ.* 445.*n.*16.

CLAVSVLA LXXV.
Recuſatione remota.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ in reſcripto appoſitæ agunt *Rebuff.tom.*3.*ad leges Galliæ tit. de recuſat.in præf. ànu.*9.*Perez.l.*1.*verſ.eſt dubium vtrũ cauſa tit.*5. *lib.*3. *Ordinam. Sigiſmund.Scaccia de appellat.q.* 16.*limit.*1.*à num.*118. *cum ſeqq. Celſ. Hug. in tract. clauſul.pag.* 488. *col.*1.

2 Princeps poteſt remouere ſuſpitionem, & committere cauſam ea remota, quæ intelligitur de friuola. vide *Rebuff.de recuſation.in præfat.q.*3.*n.*9.*Lancellot. de attentatis in præfat.n.*67.*Azeuedo ad l.*1.*nu.*2.*tit.*16.*lib.*4.*nouæ recop. Petr.Anton. de Petra in tract. de abſoluta Principis poteſtate cap.*6.*nu.*35. *Morla in emporio iuris p.*1.*tit.*2.*in prælud.nu.* 186.*cum ſeq. Melch.Phæbos Luſitaniæ deciſ.*77.*n.*7. *cum ſeqq.nouiſſime Carraſco in explicat. ad aliquas leges Recopil.c.*9. *n.*340.

CLAVSVLA LXXVI.
Renuntians omni legum auxilio.

1 DE vi,& affectibus huius clauſulæ vide late *D. Marta*

Marta de clauſulis p. 1. *clauſula* 130. *latiſſime Vitalis de Cambanis in tract. clauſul. pag.* 236. *cum multis ſeq. Bertazol. de clauſulis clauſ.* 40 *gloſ.* 6. *vbi optime*.

2 Per hanc clauſulam cenſeri renuntiatum beneficio ſenatuſcõſulti Velleiani dicit poſt *Bart. & Tiraq. D. Marta d. clauſula* 130. *n.* 3. maxime quando mulier obligat ſe pro tutela *Bertaz. d. gloſ.* 6. *nu.* 3. Sed Velleiani priuilegio mulierem gaudere, etiãſi eo renuntiet in iudicio, tenent *Cou. in cap. quamuis p.* 2. §. 3. *n.* 5. *verſ. ſeptima. Anton. Gomez. to.* 2. *var. cap.* 13. *nu.* 17. *Gregor. l.* 3. *verbo renunciando tit.* 12. *par.* 5. *Gutier. de iuramento confirm. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 7. *Gama Luſitaniæ deciſ.* 121. *Fachinæ. lib.* 8. *controuerſ. cap.* 19. *Surd. conſil.* 307. *n.* 2. *Valent. Franc. in tract. de fideiuſſorib. cap.* 2. *n.* 188. *Anton. Hering. eod. tract. cap.* 7. *nu.* 512. *Ceuall. communium contra communes q.* 515. *num.* 1. *Bernard. Graeuę. ad pract. Cameræ imper. lib.* 2. *concl.* 77. *P. Molina de iuſtitia tract.* 2. *diſp.* 540. *verſ. dubitant. P. Rebello de obligat. iuſtitiæ p.* 2. *lib.* 16. *q. vnica de fideiuſſoribus num.* 10. *P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.* 25. *n.* 220. *verſ. Tertiũ.*

3 Renunciatum etiam cenſetur purgationi moræ, vt per *D. Marta d. clauſula* 130. *n.* 4.

4 Item beneficio excuſſionis, quia generali renũciatione amittitur *gloſſ. verbo fideiuſſorem, & verbo accedat in Auth. de fideiuſſorib. in princip. collat.* 1. *Hippol. in rub. de fideiuſſorib. à nu.* 8. *late ad propoſitum Vital. de Camban. vbi ſupra pag.* 384. *Bertazol. d. gloſſ.* 6. *n.* 1. *& clauſ.* 41. *gloſſ.* 7. *n.* 1 *Duenh. reg.* 335. *Anton. Gomez. d. cap.* 13. *nu.* 14. *verſ. quod primo. Thoming. Rota Lipſienſis deciſ.* 1. *Gutier. d. p.* 1. *cap.* 23. *n.* 21. *Math. Coleri. de proceſſibus execut. p.* 1. *cap.* 10. *nu.* 394. *Caroti. de excuſſ. p.* 2. *q.* 17. *num.* 50. *Ant. Fabr. in ſuo Codice tit. de fideiuſſ. diffinit.* 31. *P. Molina d. tract.* 2. *diſp.* 545. *verſ. fideiuſſorib. Card. Mant. de tacitis & ambig. conuent. lib.* 16. *tit.* 18. *à princip. D. Marta d. clauſula* 130. *mum.* 10.

5 Item beneficio ne quis cõueniatur, niſi in quantum facere poteſt *D. Marta d. clauſula* 130. *num.* 5. *Bertazol. d. gloſſ.* 6. *num.* 4. vbi etiam dicit, quod cẽſetur renunciatum omnibus exceptionibus in fauorem renunciantis facientibus; & beneficio *l. Plerique de in ius vocando*, vt quis capi non poſſit in domo: & beneficio conceſſo mulieri ne ſibi dos retineatur

neatur *l. vnica* §. *taceat C. de rei vxoriæ actione:* & diſpoſitioni *l. de his ff. de tranſactionib.*

6 Operatur hæc clauſula, vt conductor, vel emphyteuta non poſſit petere remiſſionem pẽſionis propter bellum, vel aliam ſimilem cauſam. *Valaſc. de iure emphyt. q. 27. num. 19. D. Marta d. clauſula 130. num. 6.* Remiſſio enim mercedis non fit propter caſum ſuperuenientem quando conductor renũciauit caſibus fortuitis, quibus non obſtantibus ſe ad integram penſionis ſolutionẽ obligare poterat. *Anton. Gomez tom. 2. vari. cap. 3. n. 19. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 1. c. 3. num. 26.* vbi dicit ſat eſſe renunciare generice omni legum auxilio, vel caſibus fortuitis nullum in ſpecie exprimendo *Valaſc. d. q. 27. num. 14. verſ. 2. Mandell. conſ. 1. à num. 10. Gama Luſitana deciſ. 252. vbi Flores in addit. Mench. Vſufreq. cap. 54. num. 6. Gutier. de iuram. confirmat. par. 1 cap. 24. num. 1. Menoch. de arbit. caſu 80. P. Molin. diſp. 495. verſ. Quintus. P. Azori. inſtitut. moral. p. 3. lib. 6. cap. 8.* M*orla in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 10. q. 1. n. 19. Caſtil. quotid. q. lib. 3. c. 3. n. 48.*

7 Renunciatio caſuum non comprehendit nimis inſolitum *Syluan. conſil. 60. incip. conſiderato num. 12. & conſ. 61. n. 1. Pinel d. cap. 3. num. 29. Ioſeph. Ludouic. tom. 3. commun. opin. tit. de iure emphyt. concl. 1. pag. 467. Azeuedo l. 2. à num. 9. tit. 9. lib. 9. nouæ recopil. Ceuall. commun. contra communes q. 57. nu. 10. & q. 702. num. 1. & 2. Caroc. de locato. p. 4. de caſibus q. 8. num. 6. P. Molina diſp. 495. verſ. dubium eſt. Card. Mantica de tacitis, & ambig. conuent. lib. 5. tit. 8. num. 3. & 8. Caſtill. d. cap. 3. num. 80. cum ſeqq.*

8 Operatur etiam vt cenſeatur renunciatum beneficio inuentarij *D. Marta d. clauſula 130. n. 7. & nu. 12.* beneficio diuiſionis *Bertazol. d. gloſſ. 6. nu. 1. & idem Marta n. 14.* exceptioni ſimulationis, & *n. 16.* beneficio non incarcerãdi, de quo etiam *Bertaz. d. gloſſ. 6. num. 3.*

9 Non cenſetur tamen per hanc clauſulam renunciatum diſpoſitioni *l. ſi vnquam Cod. de reuocandis donation. D. Marta d. clauſula 130. n. 12.* expreſſe illius beneficio poterit renuntiari, quæ renuntiatio operatur ſolum, vt donatio in vita patris valida ſit, & ne poſſit à filijs reuocari, niſi poſt mortẽ patris, quatenus contingat ipſorum legitimas vide *Bernar. reg. 213. ampl. 4. Clar. §.*

dona-

*donatio q.*22.*num.*4.*Cou.in rub. de teſtam.p.*1.§.4.*num.*3.*Tiraq. in d.l.ſi vnquam in princ.nu.*88. *Gabr.commun. opinion. tit. de donationib.concl.*2.*à nu.*63.*Gregor. l.*8. *verbo ni anſperanca tit.* 4.*p.* 5.*Ceuall.commun.contra communes q.*104. *optime P. Rebello de obligat.iuſtit.par.*2.*lib.*18.*q.*10. *num.*2. *Vital. de Cambanis vbi ſupra pag.* 445.

10 Nec cenſetur renunciatũ beneficio *l.*2. *C.de reſcindenda vendit. D.* Marta *d. clauſ.* 130. *num.*23.*Bertazol. d.gloſ.*6. *nu.*6. Illi enim non poteſt renunciari, prout apud Luſitanos ſancitum eſt in *Ordin.Regia lib.*4.*tit.*13.§. 9.& tenent *Anton.Gabr. commu. opin.lib.* 3.*tit.de empt.concl.*1. *nu.* 52.*cum ſeqq.*Mozz.*de contractib. tit. quibus caſibus annulletur emptio à n.*20.*Gutier.pract. lib.*2.*q.* 140.M*aſcar.de prob.concl.*1264. *n.*31.*Ceual.comm. contra comm. q.*511.*P.*Molina *de iuſtitia, tract.* 2.*diſp.*349. *verſ.* In Luſitania. *Cal.Pereira in l.ſi curatorem, verbo læſis, num.*2.*P.Rebello de oblig. iuſtit.p.*2. *lib.*9.*q.*3.*ſect.*2. *nu.*9. *verſ.caterum.P.Salas de contrac. tract.de empt.dub.*27. *num.*14.

11 Nec per hanc clauſulam cenſetur ſublata conditio indebiti.*D.*Marta *d.clauſula* 130.*n.*20

12 Illud autem vltimo locò non eſt omittendum, quod per renunciationem, omni iuris auxilio, ne dum iuris ciuilis, ſed etiam municipalis auxilio, ſeu beneficio renunciatum cenſetur *Bertazol.d.gloſſ.*6. *n.*7.

CLAVSVLA LXXVII. Refectis expenſis.

1 Haec clauſula eſt conditionalis.*Marcheſan. de commiſſionib.p.*3.*pag.*103. *nu.*1. vbi *num.* 3. dicit quod dat iuriſdictionem conditionalem, & illis non refectis nulliter teſtes examinantur.

2 Requirit integram ſatisfactionem. *Marcheſan.de commiſſion.p.*1.*pag.*432.*num.*5.

3 Nõ datur nullitatibus hinc inde exiſtentibus. *Marcheſan.d. p.*3.*pag.*164.*n.*13.

CLAVSVLA LXXVIII. Reſeruans dominium.

1 Haec clauſula non refertur ad expreſſa in gratia, ſed ad extrinſecum præiuditium *D. Marta de clauſulis, p.*2. *clauſ.*65.*n.*1. vbi *num.*2. aſſerit, quod reſeruatio vniuerſalis dominij, & ſuperioritatis ſemper cenſe-

cenſetur ineſſe in quacumque concesſione.

CLAVSVLA LXXIX.
Reſeruans omne ius.

1 Haec clauſula non ampliat, ſed conſeruat, vt per *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 60. n. 59.* vbi *nu. 60.* aſſerit quod habet conditionem ſi de iure competat, *& n. 61.* tenet nihil nocere ſi fuit erronia, *& nu. 55.* operari quod ſalua ſint omnia iura.

2 Non comprehendit inſolita & inaudita, nec id quod in ſcriptura expreſſum non eſt. *D. Marta de clauſulis p. 1. clauſ. 239. n. 1. & 2.*

CLAVSVLA LXXX.
Reſeruato beneplacito ſanctæ Sedis Apoſt.

1 Clauſula hæc poſita in contractu alienationis rei prohibitæ alienari operatur, quod non incurritur pœna, neque perficitur contractus ſine placito. *Cardin. Tuſch. practic. concl. tom. 1. lit. C. concl. 310. n. 1.* vbi *nu. 3.* declarat niſi ſit facta traditio rei alienatæ, quia tunc cenſetur receſſum ab ipſa proteſtatione, quando ſolum fuit dictum, ſaluo, & reſeruato beneplacito domini, vel ſaluo iure domini. Si vero eſſet dictum, ſaluo & reſeruato beneplacito domini, vel iure domini, & non aliàs aliter, neque alio modo: tũc etiãſi eſſet ſequuta traditio actualis alienans, & non tradens, non caderet in pœnam, qnia illa verba, & non aliàs, aliter nec alio modo, ſunt penitus reſolutiua contractus.

CLAVSVLA LXXXI.
Salua gradus prærogatiua.

1 De vi, & effectibus huius clauſulæ, vide *D. Marta de clauſulis p. 1. clauſ. 131. & p. 3. clauſ. 74. Cardin. Tuſch. practic. concl. tom. 1. lit. C. concl. 325.*

2 Hæc clauſula operatur ne filius patrem repræſentet, vel in eius locum ſuccedat. *Surd. conſ. 403. n. 56.*

3 Operatur deinde, vt excluſa ſit repræſentatio in maioratibus, ex *Valaſc. de iure emphyt. q. 50. n. 37.*

4 Appoſita in diſpoſitione legis, vel ſtatuti non excludit quominus filius ſuccedat in locum patris, vbi agitur de hæreditate

aui. *D. Marta d. clauſ.* 131. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 325. *num.* 1. *Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1197.

5 Non tamen operatur quod omnes vocati collectiue admittantur, ſed proximiores in gradu. *Brunor. à Sole in locis communib. verbo clauſula, n.* 45. *in fine*.

6 Nec ſtare poteſt cum clauſula, in ſtyrpes, & ſe inuicem non compatiuntur, ita *D. Marta d. p.* 3. *clauſ.* 43. *n.* 79. & 16. & pro vtraque parte refert plures Doctores *Brunor. à Sole d. verbo clauſula, n.* 45.

CLAVSVLA LXXXII. Saluo conſenſu domini.

1 HAec clauſula reddit actũ conditionalem. *Surd. conſ.* 484. *n.* 9. Et eius verba ſunt limitatiua, & reſtrictiua, & operantur, vt præcedens diſpoſitio reſtringatur ad eum ſolum caſum de quo actum eſt. *Menoch. conſ.* 38. *n.* 29.

2 Non operatur quin contractus interim ſit perfectus inter contrahentes, vt docet *Franciſcus Galletus in margarita caſuum conſcientiæ verbo Clauſula pag.* 39.

3 Non excuſat alienantem à caducitate ſequuta traditione, vt notat *D. Marta de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 134. *n.* 3. ſed plenius quid in hoc ſit tenendũ cum pleniſſima doctorum allegatione dixi ſupra in clauſula non alias, non aliter, nec alio modo. *clauſ.* 39.

CLAVSVLA LXXXIII. Saluo iure, &c.

1 HAec clauſula nihil tribuit, ſed ſolum præſeruat, nouiſsime *apud Farin. ſacra Rota Rom. deciſ.* 28. *n.* 8. & *deciſ.* 25. *n.* 8. *tom.* 1. *p.* 2. Et non eſt cõditionalis, ſed præſeruatiua iuris alieni nouiſsime eadem *Rota deciſ.* 610. *ad finem apud eundem Farinac.*

2 Operatur vt omne ius tertij ſaluum remaneat in quocumque iudicio. *Ioſeph. de Seſſè Aragoniæ deciſ.* 206. *n.* 7.

3 Tuetur illæſum ius, quod quis habet, non autem de nouo præſtat. *Cald. Pereira de empt. & vendit. cap.* 26. *nu.* 28. vbi *nu.* 30. reſoluit, quod ſeruat ius de præſenti.

4 Facit continuari idem iudicium. *D. Marta de iuriſdict. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 159. *num.* 5. vbi *n.* 22. aſſerit, quod ſemper cenſetur ineſſe, & *n.* 23. quod ſolet apponi à iudi-

iudicibus ad obturandum ora loquentium.

5 Agnatorum iura tuetur, vt ex *Dec.Oldrad.Pariſ.& Bero.* reſoluit *Menoch. conſ.*305. *nu.* 20. vbi *num.*24.reſoluit, quod non dicitur decurſa aliqua præſcriptio ſtante hac clauſula.

6 Operatur etiã, vt dominus non teneatur de euictione. *Surd. deciſ.*290.*nu.*7.*&* 25. vbi etiam aſſerit, quod eſt modificatiua.

7 In dubio videtur aliquid cõceſſum cum hac clauſula. *Azeuedo l.*14.*n.*39.*tit.*3.*lib.*1. *nouæ recopil. Cald. Pereira de nominat. emphyt.q.*21.*n.*56.*cum ſeqq.*

CLAVSVLA LXXXIV.

Saluo iure addendi, mutandi, corrigẽdi, &c.

1 HAec clauſula nihil operatur: quia à lege taxatum eſt tempus vſque ad quod licet addere, vel mutare, ſcilicet litis conteſtatio, ita *Celſ.Hug. in tract.clauſul.pag.*504.*col.*2. Poſt litem vero conteſtatam nõ licet, vt notãt *Doct.*per tex.ibi in *l.edita, C.de edendo* Maſcard. *de probãt.concl.*347.*num.*18. *Stephan. Gratian.diſcept.forenſ. cap.*118. *num.*52.*&* 58.*Bernard. Muſcatel.in ſua prãxi aurea ciuili regni Neapol.p.*1.*gloſſ.petitur n.*50. *D.Barboſa in l. non poteſt videri, num.*28.*ff.de iudicijs. Camill. Borrell.in ſumma omnium deciſ. tit.*49.*de libello,nu.*95. *cum ſeqq.*

CLAVSVLA LXXXV.

Saluo iure impertinentium, & non admittendorum.

1 HAec clauſula nihil operatur, ſed potius ponſtur à iudice ad obturandum os loquentium, quam ad alium finem, vt cum *Afflict. &* Myſing. notãt *D.Marta de clauſulis p.* 1. *clauſ.*134.*num.*11.

2 Operatur tamen, vt articuli impertinentes non cenſeantur admiſſi, nec probationes factæ ſuper eiſdem articulis. *Maranta de ordine iudiciorum,p.*6.*tit.de poſitione, ſeu articulorum productione,num.*29.*Myſinger. cent.* 2.*obſeruat.*90.*Azeuedo l.*1.*nu.*41.*tit.* 7.*lib.*4.*nouæ recopil.*plures refert Doctores *Bern.Graua. ad pract. cameræ Imperi.lib.*1.*concluſ.*81. *nu.*5. *Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib.*3.*cap.*9.*nu.*4.*Franciſc.Viui.deciſ.*395.*nu.*3.*Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.*49.*de libello,num.*7.

3 Si per iudicem reſeruatio cum iſta clauſula facta fuerit, & poſtea exceptiones veras,& iuridicas eſſe appareat, quicquid poſt factum fuerit pro non facto habetur *Menoch.conſil.*367. *n*.8. quem refert *Marta d.p.* 1. *clauſ.* 241. operatur enim quod ſi fuit admiſſus,qui non debeat admitti,vt teſtes, qui non debebãt admitti ſi depoſuerunt, cum non deberent examinari, ſit aliàs omnimodo impertinens, nec conferens ad cauſam *Vitalis de Cambanis in tract. clauſularum pag.* 4.*col.* 2.

CLAVSVLA LXXXVI.
Seruatis ſeruandis.

1 PEr hanc clauſulam executor tenetur iudicis partes ſubire, & procedere iudicialiter, vt docet *Farin.nouiſſ.Rotæ deciſ.* 209.*num*.3.

CLAVSVLA LXXXVII.
Si conſtiterit.

1 HAec clauſula ordinarie ſolet poni in reſcriptis prouiſionalibus,& facit commiſſionem conditionalẽ, nam prius debet præcedere indagatio,& cognitio iudicialis cum citationibus partium, & prouiſio aliter facta redderetur nulla ex defectu iuriſdictionis,vt conſtat ex text. in *Clemen.*1.*de conceſſ.præben.*& hinc differt à clauſula, ſi ſic eſt: ſi ita eſt: ſi eſt idoneus: aut legitimæ ætatis: in qua ſufficit rem in facto ita eſſe, quamuis non præceſſerit cognitio, & pronuntiatio ſuper eo. *Vitalis de Cambanis in tract.clauſ.pag.*21.*Celſ. Hug. eod. tract.pag.*489. *Mari. Anton.vari. reſolut.lib.*1.*reſolut.* 58.*num.*2.3.*&* 4. *D.Marta de clauſulis p.*1.*clauſ.*141.*nu.*4.nouiſſime *apud Farin.ſacra Rota Rom.deciſ.*624.*nu.*5.*tom.* 1.*p.* 1. *Peregrin.vari.lib.*1.*tit. de iuriſdictione ordinaria,& delegata*, *num.* 26. vbi optime loquitur *Seraphin.deciſ.*601.*num.*3. vbi aſſerit quod hæc clauſula importat partis citationem,& *deciſ.*1044. *num.* 3. quod non eſt de futuro, ſed de præterito.

CLAVSVLA LXXXVIII.
Si & in quantum de iure debet fieri.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide late *D. Marta de clauſul.p.*1.*clauſ.*136. *& clauſ.*245.*Menoch. conſ.*2.*nu.* 360.*cum ſequentibus Campanili diuerſ.*

*diuerſ.iuris canon.rub.*11.*cap.*13 *à num.* 403. *Vitalem de Cambanis in tract. clauſularum pag.* 4. *col.*2.*Celſ.Hug.eo.tract.pag.*506

2 Refertur hæc clauſula ad iuris diſpoſitionem.*Maranta de ordine iudiciario,p.6.tit.*& quandoque appellatur *nu.* 211.

3 Non operatur diſpoſitionẽ conditionalem *D.Marta d.clauſ.* 245.*num.* 4. *Iaffred. deciſ.* 221. quem refert *Aloyſ.Ricci.in collec. deciſ.p.*2.*collectan.*399.*in fine Vitalis de Cambanis*, vbi ſupra *num.*1. vbi tenet reddere actum conditionalem.

4 Non tollit appellationem. *Aloyſ.Ricci. in praxi rerum fori eccleſiaſtici deciſ.*517.*num.*2. *in* 1.*edit.& reſolut.*413.*in* 2.*edit.*

5 Importat admiſſionem in his,quæ ſunt admittenda,& nihil ponit in eſſe, & pendet à futuro euentu, & conditionalem diſpoſitionem reddit *Viuian. in praxi iuriſpatron.p.*2.*lib.*9. *cap.*1. *n.*3. *Aloyſ.*Ricci *d.reſolut.*413.*n.*1.

CLAVSVLA LXXXIX.
Si ita eſt.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide late *Marta de clauſulis,p.*1.*clauſ.*141.*Mari.Anton.variarum reſolut.lib.*1. *reſolut.*58.*num.*2.3.& 4.

2 Verba huius clauſulæ inducunt conditionem, & cauſam finalem.*Marcheſan. de commiſſ.p.* 1.*pag.*304.*num.*11.*& pag.*322. *num.*78.*Garc. Gironda de priuil. ſeu exempt.explicat. num.* 1159. vbi *num.* 1158. dicit quod verba,ſi ita eſt diſpenſetis,inducunt formã,& ſolemnitatem non leuẽ.

3 Facit gratiam conditionalem,& oſtendit Papam de narratis notitiam non habuiſſe,& in tali caſu narratiua verificari debet.*Seraphin. deciſ.* 989. *num.*1. Non reddit tamen reſcriptum conditionale, quando gratia valet de præſenti, idem *Seraphin. deciſ.*775. *num.*5.

CLAVSVLA XC.
Sine aliqua exceptione.

1 OMnem exceptionem,& defenſionem excludit *l.Thais*, §. *Stichus ſeruus, ff.de fideicom.libert.Bertazol. de clauſulis,clauſ.*22.*gloſ.*1.

2 Non tollit hæc clauſula legitimas exceptiones, per text.in *c. ex parte* 2. *de offic.deleg.* notat *Rebuf.in compendio alienat.n.*46. ſi eſt factum in quo poteſt cadere exceptio rationabilis in dubio per reſcriptum, vbi eſt poſita hęc

clauſula, vel illa. Nulla exceptione obſtante, friuolæ exceptiones videntur repulſæ, non autem rationabiles, vt eſt gloſſa *in d. cap. ex parte, & reſoluunt Vitalis de Cambanis in tract. clauſul. pag. 16. col. 1. n. 2. Hug. d. tract. pag.* 490. *col.* 1. *Bertazol. vbi ſupra*.

CLAVSVLA XCI.
Sine præiuditio.

1 INtelligitur hæc clauſula in omnibus conceſſionibus, quando poteſt ſtare cum principali diſpoſitione. *Seraph. Rotæ Rom. deciſ.* 398. *n.* 18.

2 Præſeruat ius, & intereſſe, idem *Seraphin. deciſ.* 144. *nu.* 6. Et quando dicitur, ſine præiuditio alieno, præſeruat ius alienum, ſeu alteri competens ne lædatur. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 330. nouiſſime *Farinac. ſacræ Rotæ Rom. deciſ.* 226. *n.* 1. *tom.* 1. *p.* 2.

3 Poſita in conceſſione quæ eſt incompatibilis cum diſpoſitione, vel diſpoſitionem vitiat, vel à diſpoſitione vitiatur, ne actus reddatur nugatorius. *Seraphin. deciſ.* 398. *n.* 17.

4 In commiſſione non tollit iuriſdictionem iudicis ad quem, & licet non operetur effectum ſuſpenſiuum, operatur tamen deuolutiuum, vt de eo cognoſci poſſit & procedi ad vlteriora etiam reuocando; idem *Seraph. deciſ.* 845. *n.* 2.

5 Non operatur in expreſsis, nec impedit quominus vera poſſeſio acquiratur. *Cæſar. Argel. de contradict. legit. q.* 12. *n.* 9.

CLAVSVLA XCII.
Sine præiuditio venientium abinteſtato, ſeu legitimorum hæredum.

1 HAec clauſula ſolet apponi in diſpenſationibus, ac legitimationibus, & intelligitur de aſcendentibus, & deſcendentibus, non vero de tranſuerſalibus, ita *Cald. Pereira recept. ſentent. ſeu quæſt. forenſ. conſ.* 4. *n.* 16. *Cabedo Luſitana deciſ.* 69. *n.* 4. *p.* 2. *Cardoſo in praxi iudicum, & aduocatorum, verbo clauſula, n.* 32. quamuis contrarium, ſcilicet tranſuerſales comprehendere dicat *Gama Luſitana deciſ.* 278. Comprehendit tã hæredes illos, qui extant tempore legitimationis, quàm poſtea naſcituros. *Cabedo d. deciſ.* 69. *n.* 10. Intelligitur tantum de filijs.

filijs. *Valaſc. de partitionib. c.*12. *num.*43.

2 Semper habetur pro appoſita, vt dicit *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.*1. *lit.*C. *concluſ.*356. *num.*1.

3 Excludit legitimatos, vt per *Aloyſ. Ricc. in collect. deciſionum, p.*5. *collectan.*1782.

4 Plura alia de hac clauſula, vide per *Menoch. conſil.* 306. *à principio* *Cardin. Tuſch. d. concluſ.*356.

CLAVSVLA XCIII. Sine retardatione ſolutionis penſionis.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ, vide *Nicol. Garc. de beneficijs, p.*1. *cap.*5. *nu.*520. *cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p.*4. *collect.* 1163. *D. Marta de clauſulis, p.*1. *clauſ.* 149. *Campanili in diuerſ. iuris canon. rub.*11. *cap.*13. *à nu.*284. *Pute. deciſ.*34. *lib.*1.

2 Quando mouetur lis ſuper penſione ſolet in commiſſione apponi huiuſmodi clauſula, & tunc durante lite ſoluitur penſio, ac ſi lis non eſſet *Gig. de penſionib. q.*35. *& q.*85. *in princip. Rebuff. de pacificis poſſeſſ. concluſ.*19. *nu.*136. *Flamin. de reſignat. lib.*6. *q.*2. *n.*153. quos citat cum alijs *Nicol. Gargia d. cap.*5. *n.*516. quibus adde *Aloyſ. Ricci. d. collect.*1163. *ampliat.*1.

3 Operatur, vt iudex non poſſit valide procedere in negotio principali, niſi prius ſoluta penſione, quia interim ceſſat iuriſdictio. *Seraph. Rotæ* Rom. *deciſ.*664. *n.*1. *Marcheſ. de commiſſ. parte* 1. *pag.* 544. *n.*3. *& pag.*609. *nu.*3. *& pag.*613. *num.*1. *D. Marta d. clauſ.*149. *n.*14. *Aloyſ.* Ricci. *d. collect.* 1163. *effectu primo*. *Nicol. Garc. d. c.* 5. *num.*518. *cum ſeqq.*

4 Reſpicit pręſentem, & futuram penſionem. *Marcheſan. de commiſſionibus, par.*1. *pag.*495. *n.* 71. *& pag.*584. *n.*32. agit quando detur contra ſucceſſorem penſionem ſoluere renitentem.

5 Impedit ne penſionẽ ſoluere nolens, abſoluatur, *Marcheſ. d. parte* 1. *pag.*544. *n.*1. Eſt executiua in obſeruationem litterarũ, idem *Marcheſan. pag.*535. *n.*1. Arctat per omnes inſtantias, donec per rem iudicatam finiatur cauſa, *pag.*536. *nu.*4.

6 Afficit tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe. *D. Marta d. clauſ.*149. *nu.*24.

7 Sententia lata non prius ſoluta penſione eſt nulla. *D. Marta d. clauſ.*149. *num.*13. *Aloyſ. Ricci.*

d. collect. 1163. *effectu ſecundo*.

8 Non operatur quando conſtat de vitio, ſeu nullitate penſionis. *D. Marta d. clauſ.* 149. *nu.* 9. *Marcheſan. d. par.* 1. *pag.* 533. *nu.* 7. *&* 8. vel quando exceptio ex litteris oritur, idem *Marcheſ. pag.* 497. *num.* 88.

CLAVSVLA XCIV. Singula ſingulis congrue referendo.

1 HAec clauſula, idem importat, acſi omnia ſuper ius diſpoſita, iterum nominatim ſpecificata eſſent, vt probat text. in *cap. vt circa*, & ibi *gloſſa de electione lib.* 6. D. *Marta de clauſulis, p.* 1. *clauſ.* 243. *n.* 1. vbi *num.* 2. quod eſt relatiua, & comprehenſiua ſingularum, etiamſi in diuerſa oratione ſint expoſita, & *n.* 3. quod relatio fit ſingula ſingulis caute, & ſecundum terminos habiles, de quo etiam late *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 1. *lit.* C. *concl.* 324.

2 Partes diſtinguit, & ſeparat, ac vnicuique ius ſuum tribuit vt docet *Menoch. conſ.* 985. *n.* 16. *vol.* 10. quem citat *D. Marta d. clauſ.* 243. *n.* 3. *in fine*.

CLAVSVLA XCV. Si neutri.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ, vide *Maſcard. de prob. concl.* 1383. *num.* 16. *P. Azori. inſtitut. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 32. *col.* 939. *Flamin. de reſignationib. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 64. *&* 104. *& lib.* 10. *q.* 3. *num.* 11. *cum ſeqq. & num.* 43. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 32. *nu.* 40. *Camil. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.* 22. *num.* 1. *cum ſeqq. & n.* 58. *cum tribus ſeqq. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 1687.

2 Reſcriptum, ſi neutri, eſt quando duo litigant de aliquo beneficio, & tertius intelligens neutrum obtinere ius in eo, impetrat illud beneficium à Papa ea conditione, vt ſi neuter ius habuerit in beneficio, ſibi conferatur, ita docet P. *Azori. d. cap.* 32. *col.* 939.

3 Et locum non habet niſi quãdo beneficium eſt litigioſum lite non dum extincta. P. *Azori d. c.* 32. *col.* 939. *Gonzal. d. gloſſ.* 32 *num.* 40.

4 Eſt cõditionalis, & nihil ponit in eſſe, attenditurq; tempus quo beneficium conferri poteſt, nõ autem tempus datę. *Maſcar. d. concluſ.* 1383. *num.* 16. *Camill. Bor-*

*Borrel.d.tit.*22.*num.*2.*&* *n.*59.

5 In gratia, ſi neutri, menſis eſt exprimendus. *Gonzal.d.gloſſ.* 32.*nu.* 21. & non ſuſtinetur niſi præſupponat beneficij vacationem. *Flamin.d.lib.*1.*q.*3.*nu.*64. *&* 104. cenſetur nulla, ac ſubreptitia non probata reſignatione, idem *Flamin.d.lib.*10.*q.*3.*n.*11. *cum ſeqq.* Nequaquam prodeſt non facta mentione intruſionis, & fructuum malæ perceptionis, idem *Flamin.d.q.*3.*num.*43.

6 Reſcriptum, ſi neutri, non prodeſt impetrantibus, quando ius eſt alicui quæſitum, ſiue ſit ius in re, ſiue ius ad rem, & ideo dicitur, ſi neutri ius quæſitum non ſit. *P.Azori.d.cap.*32.*nu.*939.

CLAVSVLA XCVI.
Si non valet, &c. valeat iure donationis inter viuos.

1 HAec clauſula nihil operatur in teſtamento, ſed tantum in codicillis, vt tradunt *Surd.conſil.*348. *num.*14. *Card. Mantica de tacitis,& ambig.conuentionib.lib.*13. *tit.*26. *n.*29.

2 Operatur vt donatio poſſit ſuſtineri, idem *Card.Mantica d. tit.*26. *num.*31.

CLAVSVLA XCVII.
Si preces veritate nitantur.

1 MAteria huius clauſulæ ſedet in *l.fin.* C.*de diuerſis reſcriptis*,& in *cap.*2.*de reſcriptis*, de eius vi, & effectibus, vide *Greg. l.*6.*tit.*19.*par.*3. *Menoch.conſ.*103.*num.*22. *Vital.de Cambanis in tract. clauſularum pag.*20.*col.*1.*Maſcard.de probat. concl.*1210.*num.*3.*Perez.ad l.*5. *verſ.quæro* 14.*tit.*12.*lib.*3.*Ordi.*, *pag.*602.*Lancellot. de attentatis, p.*2.*cap.*20.*limit.*11.*nu.*4.*Aemil. Veral.deciſ.*128.*num.*2.*P. Soar. de legibus,lib.*8. *cap.*18.*num.*10. *Cald.Pereira recept.ſentent.ſiue quæſt.forens.conſ.*26.*n.*7.*in fine. D.Marta de clauſulis,p.* 1.*clauſ.* 152.*& p.*2.*clauſ.*71.*Camil.Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.* 44.*num.*301.

2 Intelligitur hæc clauſula in reſcripto Apoſtolico.*Marcheſ. de commiſſionib. par.*1.*pag.*164. *num.*155.*& pag.*448.*n.*3.Ac in qualibet gratia ex tacita conditione ineſt, idem *Marcheſan. d.p.* 1.*pag.*573.*n.*2.*& p.*2. *pag.*544. *num.*3.*Campanili diuerſ.iuris canon. rub.*11.*cap.*13.*num.*193.

3 In reſcriptis Regis etiam intel-

intelligitur. *Azeuedo l.4. num.2. & 3. tit.26. lib.8. nouæ recopil. Marcheſan.p.3.pag.374.n.13.*

4 In vno quoque reſcripto, & mãdato etiam intelligitur *l.fi. C. de diuerſis reſcriptis, cap. ex parte,in 1.de reſcriptis. Menoch. d. conſ.103. nu.22. Maſcard.d. concl.1210. num.3. D.Marta d. clauſ.71. nu.1. Gonzal. ad reg.8. Cancel.gloſ.9 in annot.num.229. Alexand. Trentaſinq. var. reſolut. lib.1.tit. de reſcriptis reſolut. 7.n.1. & 2. Melch.Phœbos Luſitana deciſ.41.n.2.& 3.tom.1.*

5 Appoſita ſemper cenſetur licet omiſſa fuerit ex conſuetudine. *Perez d.l.5.verſ.quæro 14.* ibi,tamen ex conſuetudine. *Vital.de Cambanis*, vbi ſupra, *n.2. & vlt.*

6 Intelligitur etiam in omnibus precibus. *Marcheſan. de commiſſion.p.1.pag.71.n.225.*

7 Iuriſdictionem non impedit ex *D.Marta d.clauſ.71.n.4.* vbi *nu.5.* tenet, quod per hanc clauſulam omnis ſubreptio quãtumcumque modica vitiat gratiam. Vitiatur etiam ex falſa cauſa impulſiua. *Menoch.de arbitrar.caſu.201.num.22.Tiraq. tract.* ceſſante cauſa *limit. 1. nu.11. & ſeq. D.Marta d.clauſ. 71.n.7.*

8 Vtrum autem reddat reſcriptum conditionale, vide *Marcheſan. de commiſſ.p.3.pag. 138.n.45. Alexand.Trentaſinq. variarum reſolut. lib.1.tit.de reſcriptis, reſolut.7. n.11. Vital.de Cambanis*, vbi ſupra, *n.4. & 5.* vbi *n.1.* dicit quod hæc clauſula; & clauſula, ſi tibi conſtiterit, & clauſula vocatis vocandis æquipollent.

CLAVSVLA XCVIII.
Si reperitur idoneus, prouideas, &c.

1 IMportat hæc clauſula potius modum quam conditionem etiamſi verba alia annectãtur, ita quod cognitionem anteire nõ oporteat vt per *Campanili diuerſ.iuris canon.rub.11. cap.13.n.256. Caualcan. Fiuizana deciſ. 22.ſub n.6.p.1. Celſum Hugon. in tract. clauſularum tit. de clauſ. reſcript. pag.484. col.1. & col.2.* dicit, quod non requirit diſceptationem. *Mar.Anton. var.reſolut.lib.1. reſolut.39.n.3.* Alia vero clauſula huic ſimilis, dummodo idoneum repereris, importat conditionem,& formã, quæ propterea omitti nõ poteſt, vt ex multis quos citat reſoluit *Aloyſ.Ricc.in praxi fori eccleſiaſt. deciſ.*

deciſ. 700. *in* 1. *edit. & reſolut.* 592.*n.*1.*in* 2.*edit.* vbi etiã quod requiritur examen pro forma, & citat poſt alios *Fuſcum de viſitat.lib.*2.*cap.*5.*n.*10. *Rebuff.de priuilegijs ſchol.priuil.* 86. *verſ. ego vero*.

CLAVSVLA XCIX.
Si qua mihi iuſta cauſa.

1 MAteria huius clauſulæ ſedet in *l.*1.*ff.ex quibus cauſis maiores*, vbi Doctores; de eius vi, & effectibus, vide *D. Marta de clauſulis parte* 1. *clauſ.*248.

2 Quando maiores non poſſunt reſtitui ex illis cauſis ex quibus reſtituuntur minores, tunc ſtante læſione reſtituũtur ex hac clauſula generali, reſoluunt *Alciat.de præſumpt.reg.*1.*præſump.* 42.*num.*3.*cum ſeq.*Menoch. *conſ.* 932.*num.*11. *D. Marta d.clauſ.* 248.*num.*2.

3 Ignorans reſtituitur ex hac clauſula Hippol. in *l. qui ignorans,n.*13.*ff.ad legem Corneliam de falſis*, & in *l.*1.§.*ſi quis vltro, n.*38.*ff.de quæſtionib. Anton.Gomez.var.iuris reſolut. tom.*2.*c.*2. *num.*27.

CLAVSVLA C.
Si ſenſeris te grauatum.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ, vide *D.Martam de clauſulis p.* 1. *clauſ.* 247. *Celſ.Hug. in tract.clauſularum, pag.*505.*col.*2.*in fine*.

2 Hæc clauſula impoſita ab homine, vel intellecta à iure facit, vt quis non dicatur grauari. *Stephan.Gratian.Marchiæ.deciſ.* 30.*num.*3.

3 Si omittatur præceptum eſt nullum, & ſperni poteſt. *D. Marta d.clauſ.*247.*in fine*.

4 Præceptum iudicis cum hac clauſula iuſtificatiua reſoluitur in vim ſimplicis citationis. *gloſ.fi. in c. ex parte* 23. *de verb. ſignif.Vezin.tom.*2. *commun.opinion.lib.*7.*tit.*15. *n.*91.*pag.*279. vbi *Viui.n.*96.*pag.*281. *Bonacoſ. communium crimin. p.* 1. *verbo præceptum,fol.*135.*verſo.& p.*2. *eod.verbo,fol.*61. *verſo. Nauar. conſ.*3. *de cenſibus*, *n.*2. *in antiq. Spino in ſpeculo teſtam.p.*11.*rub. n.*42.*cum ſeq.Bernard.Græuæ.ad pract. cameræ imper. lib.* 1. *concluſ.*19. *conſid.*1. *Celſ.Hugo*, vbi proxime.

CLAVSVLA CI.
Sola facti veritate inſpecta.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ, vide citatos ab *Azeuedo l.*10. *nu.*127. *tit.*17. *lib.*4.*nouæ recop.*Marcheſan.*de commiſſionib.p.*2.*pag.*419.*n.*78. *D.* Marta *de clauſulis p.*1. *clauſ.* 250. *Stephan. Gratian.* Marchiæ *deciſ.*68. *à principio*. *Celſ. Hug. in tract.clauſul.pag.*487.*& pag.* 488.

2 Princeps ſolus non recognoſcens ſuperiorem vtitur hac clauſula; & iudicat cauſas ſecundum ſuam conſcientiam, non ſe adſtringens ad allegata & probata, ita *D.* Marta *d.clauſ.*250. *n.*1. cuius contrarium aſſerit *Stephan. Gratian. d.*Marchiæ *deciſ.* 62.*n.*12.*cum ſeq.*

3 Operatur quod iudex poſſit iudicare vt Deus, *Stephan. Gratian.*Marchiæ *deciſ.*36.*n.*13. *& deciſ.*68. *n.*1. Et quod poſſit iudicare ſicut ipſe Princeps. *Valaſc.de iure emphyt.q.*6. *num.*12. *Bertazol.in repet.l.ſi quis maior*, C.*de tranſact.n.*60. & procedere ſolo iure naturali, & gentium, inſpecta minime iuris ſolemnitate, & ordine conſiderato. *Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib.*1.*cap.*8.*n.*14.

4 Intelligitur de ea veritate, cui ius patrocinatur. *Maranta de ordine iudici.p.*4. *tit.* & an iudex ſit competens *n.*39.

5 Manu regia procedi poteſt ſi cauſa eſt commiſſa ſola facti veritate inſpecta. *Stephan. Gratian.d.deciſ.*68.*n.*4. *& diſceptat.forenſ.cap.*322.*n.*1.*Ludouic. Rodolphin.poſt tract.de abſoluta Principis poteſtate*, *voto vni. num.* 42.

6 Importat hæc clauſula omnia quæ includit clauſula, Summarie, &c.ex *Maranta d. tit.* & an iudex ſit competens *num.*32. imo plus operari dicit D.*Marta d.clauſ.*250.*num.*4.

7 Aufert ordinem iudiciariũ, & omnem ſolemnitatem iuris relaxat,& reduxit ad formam iudicij inductam de iure gẽtium, vel naturali *Menoch.conſ.*180. *nu.*7. *in ſi.Brunor.à Sole in locis communibus,verbo clauſula* 46. *Valaſc. conſult.*145.*num.*10.*& de iure emphyt.q.*6.*num.*12.*Aloyſ. Ricci. in collect.deciſ.p.*3.*collect.* 699.*effectu* 1. D. Marta *d. clauſ.* 250. *nu.*5.*Rota Bonon.diuerſ.deciſ.*30. *nu.*28. *& deciſ.*65. *nu.*140. dicit quod remittit riguroſas iuris ſolemnitates, ſed non eas, quæ ten-

tendunt ad reperiendam veritatem.

8 Tollit appellationẽ, vt per *Sigiſmundi Scaccia de appellationibus q.16.limit.1.num.76.*

9 Operatur, vt poſſit iudex proferre ſententiam ſuper cauſa probata, licet in libello deducta non ſit. *Surd.conſ.273.n.2.& 3.* D.*Marta d.clauſ.*250.*nu.*5.*Gutier.practic.lib.*1.*q.*100.*num.*2. *Aloyſ.Ricci.d.collect.*699.*effectu tertio Rota Bonon.diuerſ.deciſ.*93 *num.* 2.

10 Et quod poſſit procedi in cauſa abſque libello,& conteſtatione *Aloyſ.Ricci.d. collecta.*699 *effectu* 4.

11 Et vt cauſa proprietatis ſimul cum cauſa poſſeſſionis diffiniri poſsit.*Menoch.d.conſ.*2.*nu.*184.*& conſ.*180.*num.*7. *Ioſeph. Ludou.*Peruſ.*deciſ.*17.*nu.*22. D. *Marta d.clauſ.*250.*n.*7.*Rota Bonon.diuerſ.deciſ.*30.*num.*96.

12 Deinde,vt publicatis atteſtationibus non poſsint alij teſtes produci neque examinari. *Cacheran. Pedan. deciſ.*1.*nu.*26. quem citat *Bernard. Graue. ad pract.cameræ imperi.lib.*1.*concl.* 105.*num.*17.*in fine.*

13 Admittit hæc clauſula probationes non concludentes, & perſuaſiuas ex *Stephan.Gratian.d.deciſ.*68.*num.*3.

14 Cumulationem admittit quoad actiones ad remedia,quę non inuicem contrariantur.*Surd. d.conſ.*273.*num.* 22.quem citat *Stephan.Gratian.deciſ.*193.*num.* 6.*&* 7.

15 Exceptionem pręſcriptionis tollit. *Aloyſ. Ricci. d. collect.* 699.*effectu* 6.*poſt* Menoch.*d.*Mar*ta d.clauſ.*250.*num.*9.

16 Per hanc clauſulam cenſetur derogatum ruſticis ferijs ex *Azinio in praxi Florentina*, §. 3. *cap.*7.quem refert *Bernard.Graue.adpractic.cameræ imper.lib.*1 *concl.*53.*conſid.*2.*num.*29.

17 Non tollit clauſula hæc ineptitudinem libelli. *Menoch. conſ.*361.*num.*10. cuius contrarium tenet D. *Marta d. clauſula* 250.*num.* 6.

18 Ius parti quæſitum non aufert *Brunor.à Sole in locis communib.verbo clauſula. n.*46.Nec admittit exceptionem de iure tertij.*Marcheſan.de commiſſ.p.*2. *pag.*419.*num.*78.

19 Attentata ſtante hac clauſula non reuocantur.*Steph.Grat. Marchiæ deciſ.*68.*num.*19.

20 Beneficiũ excuſsionis nõ poteſt iudex virtute huius clauſulæ tollere.*Menoch.de arbitrar. lib.*1.*q.*51.*nu.*4.*& conſ.*25.*n.*12. *Corna-*

*Cornazan. Lucenſi deciſ.*37.*n.*4. *Ioſeph.Ludou.Peruſ.deciſ.*45.*n.*9. cum diſtinctione *Bernar.Graua. ad pract.cameræ Imper. lib.* 2. *concl.*27. *conſid.*3. quamuis contrarium aſſerat *Cald. Pereira de emptione, cap.*33. *num.*30.

21 Legitimas defenſiones partis non tollit. *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 68. *num.*12. Nec eius citationem, idem *Gratian. deciſ.*231.*num.*3.operari tamen, vt actus ſit validus etiamſi pars non fuiſſet citata dicit *Rota Bonon.diuerſ.deciſ.*65.*nu.*28.

22 Non excludit ea quæ ſunt alio ſtatuto in ſpecie prouiſa; *Anton.Monach.Bonon.deciſ.*2.*n.*9

23 Hæc clauſula ſimilis eſt illi,de bono & æquo, quæ importat etiam, vt reiectis penitus, & excluſis ſolemnitatibus,ſubtilitatibus,& apicibus iuris cauſa ſummarie expediatur.*Saluſt.Tiberi. in formul.inſtrum.cap.*22.*n.*6.

CLAVSVLA CII.
Sublata &c.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Surd.conſ.* 1.*nu.*107.*Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*9.§.1.*in annot.n.*246.*& gloſ.*56.*nu.*106.*cumſeq. & gloſſ.* 66.*per totam.Nicol.Garcia de beneſic.p.*6.*cap.*3.*nu.*81.*cumſeqq. Farinac.*nouiſſima *Rotæ deciſ.*96 *&* 209.*&* 561.*ad finem. Steph. Gratian.diſceptat.forens. c.*113. *nu.*72.*Card.Tuſch.practic.concl. tom.*1.*lit.*C.*concl.*344. *D.Marta de clauſulis p.*1.*clauſ.*158.

2 Hæc clauſula claudit os parti, & tollit iudici facultatem aliter iudicandi.*Marcheſan.de commiſſionib.p.*2.*pag.*441.*n.*3.*Seraphin.deciſ.*351.*n.*1.*Card. Mantica Rotæ* Rom.*deciſ.*309.*num.*3. *Verall.deciſ.*134.*num.*4.*p.*3.*Rot. Bonon.diuerſ. deciſ.*33. *num.* 47. nouiſsime apud *Farinac. ſacra Rota Rom.deciſ.*180.*num.*1.*to.*1. *p.*2.Et niſi os aperiatur, tollit audientiam,idem *Marcheſan.d.p.*2 *pag.*547.*num.*2. Non impedit tamẽ quominus iudex poſsit videre an allegata priuilegia habeãt locum nec ne nouiſsime *Farin. d.p.*2.*deciſ.*569. *num.*9.

3. Eſt tantæ efficaciæ, vt nec etiam admitti poſsint articuli ad probandum contrarium *Seraph. Rotæ* Rom. *deciſ.*1251.*nu.*19.

4 Reſpicit conditiones reſcripti,vbi eſt poſita. *Marcheſan. de commiſſ.p.*1.*pag.*277.*n.*3. Et reſpicit neceſſario conditiones, quas gratia principalis,habet idẽ *Marcheſ.*2.*pag.*451.*n.*2.& ſi ſola ſit intelligitur veris narratis, idẽ *Mar-*

Marcheſan.d.p.2.pag.432.nu.2.

5 Excludit omnem extraneā interpretationem,& extenſionē. *Farin.de delictis, par.4.conſ.76. num.* 14.

6 Impedit exceptionem regulæ de iure quæſito, nouiſsime *Farin.ſacræ Rotæ Rom.deciſ.*177. *num.*1.*tom.*1.*p.*2.

7 Non tollit priuilegium de iure ſpeciali competens *Seraph. Rotæ Rom.deciſ.*1293.*num.*9.

CLAVSVLA CIII.

Sūmarie, ſimplititer, & de plano: ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

1 MAteria huius clauſulæ ſedet in *Clem.diſpendioſam, de iudic.* & in *Clem.ſæpe, de verb.ſignif.* de eius vi, & effectibus, vide *Celſ.Hug.in tract. clauſul. pag.*485. *cum ſeq. Bertachin. in repertor. iuris p.*1. *verbo ſummarie, pag.*321.*col.*4.*Ludou. Rodolphin. poſt tract. de abſoluta Principis poteſtate lib.* 2. *var. q.*30. *à n.*7. *Marcheſan. de commiſſionib. p.*2.*pag.*419.*n.*82. *&* 83. *Cardin.Tuſch. pract.concluſ. tom.*1.*lit.C.concl.*366. *D.Marta de clauſulis, p.* 1. *clauſ.* 148. *& clauſ.*160. *Rendina in promptuario recept. ſentent. tom.*1. *tit.*16. *num.*9.

2 Inferior vti non poteſt hac clauſula, vt reſoluunt *Menoch. de ſucceſſionib. tit. de teſtatoris potentia lib.*1.§.6. *n.*12. *Hug.* vbi ſupra, *col.* 2.

3 Clauſula, Manu Regia, illi æquiparatur. *D.Marta d.clauſ.* 160.*n.6.* vbi *n.3.* reſoluit quod Iudex datus cum hac clauſula poterit iudicare, vt Princeps, & *n.*4. aſſerit ſuper cauſa probata ſententiam proferre poſſe, quamuis cauſa illa non eſſet in libello deducta.

4 Importat hæc clauſula; vt ordo iudiciarius ſit ſublatus. *Brunor. à Sole in locis communib. verbo clauſula, n.*48. *Ludou. Rodolphin. d.lib.*2. *q.*29. *num.*1. *D.* Marta *d.clauſ.*160.*n.*5.

5 Tollit omnes ſolemnitates iuris poſitiui, adeo, vt nec libellus ſit neceſſarius, ſed ſolū quædam ſimplex petitio facti narrationem continens. *Maranta de ordine iudic. p.* 4. *tit.* & an iudex ſit competens, *n.*8. *D.Marta d. clauſ.*160.*nu.*1. *Cabedo Luſitana deciſ.*72.*n.*2.*p.*1.

6 Operatur vt non ſit neceſſe, quod iudex ſedens ferat ſententiam, dummodo proferat in ſcriptis. *Stephan. Gratian. diſcept.*

ſcept. forenſ. cap. 322. *num.* 24.

7 Non operatur niſi quoad ordinem, & modum procedendi, nec tollit ordinem iudiciorum ſubſtantialem, ſed dilationes tãtum. *Ludou. Rodolphin. d. lib.* 2. *q.* 39. *n.* 7. *Celſ. Hugo* vbi ſupra *col.* 2.

8 Citationem non tollit *Maranta de ordine iudiciorum p.* 4. *tit.* & an iudex ſit competens, *num.* 9.

9 Probationes neceſſarias nõ aufert. *Maranta d. tit. & an iudex, n.* 10. *D. Marta d. clauſ.* 160. *num.* 10.

10 Iuramentum calumniæ non tollit, vt per *Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg.* 22. *num.* 67.

11 Excuſſionem non tollit. *Cald. Pereira de emptione & vendit. cap.* 33. *n.* 30.

12 Non reuocãtur attentata ſtante hac clauſula. *Steph. Gratian. Marchiæ deciſ.* 179. *n.* 16.

CLAVSVLA CIV. Supplentes omnes defectus.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ, vide *Marcheſ. de commiſſ. p.* 1. *pag.* 159. *à nu.* 89. *& pag.* 590. *num.* 79. *& p.* 2. *pag.* 419. *n.* 85. *& pag.* 424. *num.* 123. *Card. Tuſch. practic. concluſ. to.* 1. *lit.* C. *concl.* 343. *D. Marta de clauſulis, p.* 1. *clauſ.* 161. *Celſ. Hug. in tract. clauſul. pag.* 491. *col.* 1.

2 Hæc clauſula refertur ad ſolemnitates iuris poſitiui. *Xuar. alleg.* 12, *num.* 21. *Marcheſan. d. p.* 1. *pag.* 226. *nu.* 318. *D. Marta d. clauſula* 161. *n.* 2. *Ioan. Franc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.* 4. *c.* 1. *num.* 64. *Vitalis de Cambanis loco infra relato*.

3 Non purgat ſeu ſupplet defectus iuris naturalis. *Hippol. in l. vnius, §. cogniturum, nu.* 42. *ff. de quæſt, Xuar. allegat.* 12. *num.* 21. *Card. Tuſch. d. concl.* 343. *n.* 2. *&* 15. Vnde non ſupplet defectum citationis. *Menoch. conſ.* 1. *n.* 412. vbi etiam aſſerit non tollere defectus ſubſtantiales, de quo etiã *Card. Tuſch. d. concl.* 343. *num.* 5. *Fr. Emman. quæſt. regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 15.

4 Nec tollit defectus, qui cõcernunt perſonam ſupplicantis, vel contrahentis, ſed tantum defectus, qui procedunt ex ſolemnitate iuris poſitiui. *Saluſ. Tiber. in formul. inſtr. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 9. *Menoch. conſ.* 1. *n.* 412. *Perez l.* 6. *verſ. ſeptimo* idem dicunt *tit.* 12. *lib.* 3. *ordin. pag.* 695. *Seraphin. de priuil. iuramenti priuil.* 83. *n.* 18.

Fr. Em-

Fr.Emman.d.art. 15. *D.* M*arta d.clauſ.*161. *num.*1. *Vitalis de Cambanis in tract. clauſ.pag.*12. *col.* 1.

5 Non operatur contra ius tertij *D.* M*arta d. clauſul.* 161. *num.* 9.

6 Non ſupplet defectus ignoratos, vel non narratos. *Cardin. Tuſch. d.concl.*343.*num.*13.*cum ſeqq.*

CLAVSVLA CV. Transferendi.

1 HAec clauſula à ſolo Papa concedi poteſt, non autem à legato, vel ordinario, vt ex *Flamin.de reſignat. lib.*6.*q.*4. *num.* 34. tradit *Nicol. Garcia de beneficijs,p.*1.*cap.*5.*n.*242. vbi *n.* 243.recenſet formam huius clauſulæ,& *nu.*247.quod intelligitur de prima dumtaxat.

2 Item clauſula hæc non cenſetur per quaſcunque clauſulas generales conceſſa niſi ſpeciali mentione facta,vt cum *Puteo deciſ.*342.*lib.*2.*Flamin d.q.*4.*n.*28 *cum ſeqq.& nu.*49. reſoluit *Garcia d.cap.*5.*n.*241. & tanquam impoſſibilis proinde eſt acſi non ſit poſita in mandato *Verall. deciſ.*89.*num.*2.*p.*3.

CLAVSVLA CVI. Tunc & eo caſu.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ,vide *D.Marta de clauſulis,p.*1.*clauſ.*164.*& p.*3. *clauſ.* 88.

2 Hæc clauſula eſt reſtrictiua & taxatiua, itaut omnes alij caſus prorſus non expreſſi excludantur ex *D.*M*arta d.clauſ.*164. *& clauſul.* 88. vbi citat M*enoch. conſ.*152.*n.*41.*vol.*2.reſtrictio tamen iſta nõ impedit extenſionẽ, quæ fit ex voluntate teſtatoris coniecturata ad caſum ſimilem expreſſo, per text.in *l. Titius,* §. *Lutius,ff.de liberis,& poſthum.*reſoluit *D.*M*arta d.clauſ.*164.*n.*2. vbi id etiam admittit fauore piæ cauſæ cum *Tiraq. de priuilegijs piæ cauſæ,priuil.*162.

3 Huic clauſulæ æquiparatur clauſula, ex tunc. D. M*arta d. clauſ.* 88. *nu.*9.

4 Plus operatur quam ſola dictio, tunc,D.M*arta d.clauſ.*88 *num.*2.vbi *num.* 10. quod magis præciſe diſponit quam clauſula, tunc eo caſu.

5 Adiecta diſpoſitioni conditionali denotat extremitatem temporis, vt prius conditio debeat exiſtere, quam diſpoſitio ali-

aliquid efficiat, *D.Mart.d.clauſ.* 88. *num.*3.

CLAVSVLA CVII. Vocatis vocandis.

1 DE vi & effectibus huius clauſulæ vide *Gonzal. ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*9.§.1.*in annot. n.*226. *Aloyſ.Ricc. in collect. deciſ.p.*4. *collect.*805. *Mar. Anton.var. reſolut.lib.*1.*reſolut.*58. *nu.*1. *Campanili diuerſ.iuris canon.rub.*11.*cap.*13.*à.n.* 208. *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.*1. *lit.C.concluſ.*317.*D.Marta de clauſulis p.*1.*clauſ.*169.*Celſ.Hug. in tract. clauſul. pag.*483. *col.*2. *in fine*.

2 Huic clauſulæ æquipollet clauſula, ſeruatis ſeruandis, *D. Marta d.clauſ.*169.*n.*5.

3 Intelligitur de his, qui debent intereſſe;non autem de his, qui pro ſolemnitate adhibentur *Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 338. *num.*3.

4 Semper inſeritur quando in ſupplicatione, vel ipſarum litterarũ expeditione narratur aliquis intruſus,& expediuntur ſub intruſione *Gonzal.d.*§.1.*n.*226.

5 Denotat vt ſeruari debeat ordo iudiciarius *Peregrin. var. lib.*2.*tit.de iudicijs,n.*96.*in fine*. *Cardoſo in praxi iudicum & aduocat.verbo clauſula num.*34.*D. Marta d.clauſula* 169. *n.*9. *Caualcan. deciſ. Fiuizana* 46. per inſtrumentum, *n.*415.*p.*1.*Aldobrand. deciſ.*202.*ſub, nu.*1. *p.*1. *diuerſ. Mar.Anton.d.lib.*1. *reſol.* 39.*num.*2. *Campanili d.cap.*13. *num.*208.

6 Adſtringit iudicem ad procedendum ordinarie & cauſa cognita *Marcheſan. de commiſſion. p.*2.*pag.*491.*num.*3.*Verall.deciſ.* 286.*n.*4.*p.*2.

7 Citatio requiritur ſtante hac clauſula *Aloyſ.Ricc. in praxi rerum fori eccleſiaſtici deciſ.*108. *n.*6.*in* 1.*edit.& reſolut.*93. *in* 2. *edit.* quæ operatur vt actus ſine citatione factus inualidus ſit, nouiſſime *apud Farin.ſacra Rota Rom. deciſ.*624.*n.*5.*tom.*1.*p.*1. Et importat, vt quis ſua poſſeſſione priuari non poſſit ſine citatione *Farinac. d.p.*1. *deciſ.* 525. *n.*4.*& deciſ.*386.*n.*1.

8 Item virtute huius clauſulæ executor de mero fit mixtus,qui propterea tenetur partes iudicis aſſumere, & ſeruare formam reſcripti aliàs nulliter agit, *Marcheſan.de commiſſion.p.*2.*pag.*99. *nu.*5. *& p.*1.*pag.*402.*n.*42.*Gonzal.d.*§.1. *n.*226. *Nicol.Garc.de benefic.p.*12. *cap.*2. §.1.*nu.*140.

Aloyſ.

*Aloyſ.Ricc.d.collect.*805.*in princ. nouiſſime Farin.d.p.*1.*deciſ.*386. *n.*1.*& deciſ.*558.*à n.*3.*Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. par.*1. *cap.*15.*n.*48.*& p.*2.*c.*16.*n.*13. *D.Marta d.clauſ.*169.*n.*1.*Campanili d.cap.*13.*n.*210.

9 Deinde ſtante hac clauſula poſſeſsio per executorem data eſt nulla. *Aloyſ.*Ricc.*d.collect.* 805.*verſ.infero quod*.

10 Subreptionis vitium tollit.*D.Marta d.clauſ.* 169.*n.*10. Cardin.*Tuſch.d.concluſ.*317.*n.*2 *Aloyſ.Ricci.in collect. deciſ.par.*4. *collect.*805.*verſ.*Item hæc.

11 Deinde in litteris Papæ operatur, quod executor non poſsit ſubdelegare alteri, vt per *Celſ.Hugon.in tract.clauſularum pag.*484.*col.*1.

CLAVSVLA CVIII.
Vſque ad tertiam generationem.

1 QVando conceſsio facta eſt vſque ad tertiam ipſius acquirentis generationem incipit generatio à perſona filiorum acquirentis,& includit filios & nepotes non autem pronepotes, & eſſe communiſsimam ſententiam probat *Menoch. conſ.* 883. per totum, quem citat D. Marta *de clauſ.p.*2.*clauſ.*77.*n.*5. Sed aliter videntur amplecti *Farinac. in nouiſſ.* Rota *deciſ.* 218. & 219.*Stephan.Gratian.diſcept. forens.cap.*88.*num* 27. *cum ſeqq.*

2 Renouandi ius poſt finitas generationes in materia emphyteuſis cõpetit hæredibus aut deſcendentibus accipiẽtis, etiamſi dominus directus velit emphyteuſim ad ſe reuerſam ſibi & ſuis vſibus retinere, vt aſſerit noſter *Cald.Pereira de Renouat.emphy. q.*8.*à nu.*16. & nouiſsime *quæſt. forens.ſeu recept.ſentent.conſ.*46. *n.*3.*& conſ.*43.per totum nititur probare hoc ius renouandi eſſe hæreditarium, & trãſire in quoſcumque hæredes;& procedere etiamſi in inueſtitura ſit apposita clauſula, quod finitis generationibus libere ad ipſum dominũ ſeu Eccleſiam cum melioramentis reuertatur, tenet idem *Cald.* Pereira *d.q.*8.*num.*18. & obſeruare praxim noſtri Regni Luſitaniæ iuſtiſsima cum ratione dicit *Valaſc.conſ.*123.*in fine.*

3 Finitis generationibus ad quas emphyteuſis conceſſa fuit tenetur dominus directus eandẽ hæredibus, aut deſcendentibus accipientis renouare, vt docuit *Bart.in l.*1.§.*permittitur ad fi.ff. de aqua quotid.* quem conſtantiſ-

ſime ſequuntur *Villalob.* in æra-rio communium opinionum verbo emphyteuſis *à nu.* 49. aliàs *à num.*100. *Aloyſ.* Ricci. *in collect. dec.p* 4.*collect.*1259.& alij quos refert *Gabr.lib.*3.*commun.tit.*de lure *emphyt.concl.*1. *in princip.* & in ſacro auditorio ſæpe fuiſſe reſolutum aſſerit *Card.Mant.de tacitis & ambig.conuent.tom.* 2.*lib.* 22.*tit.*35.*num.*1.& in regno Luſitaniæ comprobatiſsimum dicũt *Gama deciſ.*41.*à num.*1.*Valaſc. conſ.*101.*&* 157.*Cabedo p* 1.*deci.* 203.*P.Molina de iuſtitia tract.*2 *diſp.*484.*P.Rebello de oblig.iuſtit. p.*2.*lib.*13.*q.*19.*Cald.Pereira d.q.* 8.*num.*2.

Communia de Clauſulis.

CLAVSVLA CIX.
Acceſſoria.

1 PRæſumũtur appoſitæ clauſulæ acceſſoriæ potius ex partium conſenſu,quam ex ſtylo & vſu notarij, iuxta reſoluta per *Menoch.de præſumpt.lib.*3.*q.*115. *num.*44.*& conſ.*87.*num.*45.*cum multis ſeqq.* D.*Marta de clauſulis p.*4.*clauſula* 21.*num.*11.

2 Non alterant principalem diſpoſitionem, ſed declarãt *Menoch.d.q.*115.*num.*43. D.*Marta d.clauſula* 21.*nu.*4.*& num.*10. *Surd. conſil.*453.*nu.*38. *Brunor. à Sole in locis communibus verbo clauſula num.*53.*Sigiſmun. Scaccia de appellat.quæſt.*17. *limitation.*6.*memb.*9.*num.*68.& regulantur ſecundum principalem diſpoſitionem cui adijciuntur, vt colligitur ex *gloſſ.in l.ſi patronum verbo Fauiana in fine ff.* ſi quid in fraud.patroni, tradit *Gabr.to.*3.*commun.opin.lib.*6.*tit.de clauſ. concl.* 10. quẽ adducit *D. Marta d.clauſula* 21.*n.*1. Mari. *Anton. vari.reſolut.lib.*1.*reſol.*3.*n.*10.

3 Denique aſſumunt naturã contractus, cui adijciuntur *Menoch.d.q.*115. *nu.*43. *D.Marta d.clauſula* 21.*num.*2.*Seraphin.de priuileg.iuramenti priuil.*64.*n.*6. *Surd.deciſ.*7.*n.*29.*Brunor.d.verbo clauſula nu.* 1. *Gonzal. ad reg.* 8.*cancel.gloſ.*66.*num.*31.

CLAVSVLA CX.
Accidentalis.

1 ACcidentales clauſulæ, quæ actuum accidentalia reſpiciunt, ſemper cenſentur appoſitæ de voluntate partium, vt cum *Baldo reſoluit D. Marta de clauſul.p.*4.*clauſ.*33.*n.*7.

2 Item apponi non poſſunt in inſtrumentis ſola voluntate notarij *Menoch. conſ.*170. *n.*24.

CLAV-

CLAVSVLA CXI.
Conſueta.

1 Dicitur clauſula conſueta de natura actus vt reſoluit *D. Marta de clauſ. p. 4. clauſ. 32. n. 3. & clauſ. 33. n. 4.*

2 Si non fuerit appoſita habetur pro expreſſa, & cenſetur appoſita etiamſi non ſit adſcripta, vt colligitur ex text. in *l. fin. C. de iure emphyt. reſoluunt* Matienſo *ad l. 8. gloſ. 14. n. 11. tit. 11. lib. 5. nouæ recopil.* Molina *de primogen. lib. 4. cap. 7. num. 3. Azeuedo ad l. 15. num. 8. tit. 3. lib. 4. nouæ recop. Surd. deciſ. 223. num. 9. Valaſc. de partitionib. cap. 6. num. 45. & conſult. 146. num. 3. in fine & n. 15.* Cald. *Pereira de poteſtate eligendi cap. 6. num. 3. Cardin.* Mantica *de tacitis, & ambig. conuention. lib. 2. tit. 9. num. 10. & lib. 3. tit. 9. nu. 33. P. Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 25. num. 19.* Cardoſo *in praxi iudicum verbo clauſula nu. 31. Seraphin. de priuilegijs iuramenti priuil. 22. nu. 93. Farin. in praxi crimin. p. 6. tit. de falſitate & ſimulatione q. 157. n. 39. Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſuris Bullæ Cœnæ cap. 23. d. ſp. 99. n. 7.* Licet enim omittatur nunquam cenſetur omiſſa *Valaſc. d. cap. 6. n. 43. Barboſa de Clauſulis. & conſ. 193. num. 3.* imo cenſetur appoſita & expreſſa de voluntate partium vt colligitur ex text. in *l. fin.* C. *de fideiuſſor. Molina d. lib. 4. cap. 2. n. 51. Gutierez in repet. aut. Sacramenta puberum nu. 102. C. ſi aduerſus vend. Brunor. à Sole in locis communibus verbo clauſula num. 55.* & notarius videtur ſemper rogatus illam apponere M*atienſo d. l. 8. gloſ. 14. n. 11.* Card. M*antica d. lib. 2. tit. 9. n. 10 Flores de Mena vari. lib. 1. q. 11. nu. 6. Bertazol. de clauſulis clauſ. 4. gloſſ. 34.*

3 Præſumitur potius clauſula cõſueta appoſita in inſtrumento quam inſolita ex M*aſcard. de probation. concl. 299. num. 3.*

CLAVSVLA CXII.
Decreti irritantis.

1 De vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Aloyſ. Ricci. in collectan. deciſ. p. 4. collect. 1302. Gonzal. ad reg. 8.* Cancel. *gloſſ. vlt. num. 11. cum ſeqq.* D. *Marta de clauſulis p. 1. clauſ. 191 Cald. Pereira quæſt. forens. lib. 1. q. 6. n. 29. cum ſeqq.*

2 Clauſula hęc decreti irritãtis, ſeu annullatiua actus inducit formã M*atienſo l. 1. gloſſ. 4. n. 19. tit. 4. lib. 5. nouæ recopil. Gutier.*

pract.lib.3.q.15.à num.4.Garcia de nobilit.gloſ.15.num.9.Flamin. de reſignation.lib.5.q.6.nu.226. D.Marta de iuriſdict.p.4.cent.1. caſu 49.num.19. Çeuall. communium contra communes tom.4. q. 900. num. 13.

3 Annullat actum contra factum ipſo iure *D. Marta d. clauſula 191.num.6. Flamin.de reſignation.lib.4.q.9.num.29. Aloyſ. Ricci.in deciſ.Curiæ Archiep.Neapol.deciſ.75.nu.3.p.2. Ferrer. in conſtit.Cathaloniæ gloſ.1.nu.151* Deſtruit & inficit ipſo iure omnia contra aliquem attentata, text. capitalis in *cap.ſi eo tempore & in cap.ſi poſtquam de electione in 6.cum alijs de quibus Cald.Pereira d.q.6.num.29.* & quicquid fit contra decretum habetur pro infecto ex *Gabr.commun.opin.lib.6 tit.de clauſul.concl.3.n.56.Card. Tuſch.pract.concluſ.tom.2.lit.D. concl.115.*

4 Quando lex aliquid prohibet ſimpliciter intelligitur tacite apponere clauſulam annullatiuam ſi contra fiat, eſt text.in *l.non dubium C. de legibus, & in cap.exhibita de iudic.& in cap.dilecta de reſcriptis. Coſm.in prag. ſanction.tit. de election. cap.ſicut §.ſimiliter verbo ne pag.113.Tiraquel.in l.ſi vnquam verbo reuertatur à num.58.C.de reuocandis donat.Caſſan.in conſuet.Burgundiæ rub. 4.§.7.in princip.n.1.*

5 Lex habens decretum irritans ſtatim ligat ignorantes,non quoad pœnam, ſed quoad actus nullitatem *c. ſi eo tẽpore vbi gloſ. de elect.lib.6.cap. dudum,& cap. penul.de præbend.cap.1.& cap.ſi ſoli de conceſſ.præb.lib.6.Bonacos. commun.opin. lib.1. tit.18. nu.5. Flamin.d.lib.5.q.6.nu.220. cum ſeq.& lib.11. q.4. num.44.& q. 13.num.86.Franciſ.Gallet. in margarita caſuum conſcien. verbo clauſula.Fr.Emman.quæſt.regular.to.2.q.73. art.2. Farinac. p.7.fragment.crimin.lit.C.num. 672.Ceuall.communium contra communes q.903.n.13. Cald.Pereira quæſt.forens.lib.1.q.6.n.30 & 31.D.Marta de iuriſdict.p.4. cent.1.caſu 94.nu.32.& d. clauſ. 191.num.12.* vbi contrarium reſoluit in decreto legati Papæ.

6 Inficit hæc clauſula poſſeſſionem, & titulum *D. Marta d. clauſula 191.nu.8.Flamin.d.q.9. nu.30.Aloyſ.Ricci. in deciſ.Curiæ Archiep.Neapol. deciſ.75.num.4. p.2.*Adeo vt ſpoliatus non ſit reſtituendus idem *Aloyſ.*Ricci. *in collect.deciſ.p.4.collect.787.*

7 Non operatur effectum niſi opponatur ab eo in cuius fauorem

uorem fuit appoſita *Cald. Pereira de poteſtate eligẽdi c.10.n.50.*

8 Dictio, nullo modo, operatur idem, quod clauſula hæc, ex *Stephan. Grat. Marchiæ deciſ.51. num. 18.*

9 Actus nullus vigore decreti irritantis non poteſt ſuſtineri de conſenſu partium, ex reſolutis per *Menoch. conſ.348. num. 48.* quem refert *D. Marta d. clauſ. 191. num.10.* à principio tamen de partium conſenſu poteſt huic clauſulæ renuntiari *cap. dilecto 25. de præben. D. Marta d. clauſ. 191. num.5. Cald. Pereira d. q.6. num. 32.*

10 Ordinarij poſſunt vti hac clauſula *Flamin. de reſignation. lib.8. q.9. n.64. cum ſeqq.* Quæ tãtum ligat inferiores *D. Marta d. clauſ. 191. n.1. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.5. collect. 1596.*

CLAVSVLA CXIII.
Depoſitaria.

1 De vi & effectibus huius clauſulæ tractant noſtri *Luſitani in Ordin. regia lib.4. tit.72.* & plenius *Cabed. p.1. deciſ.37. Cardoſo in praxi iudicum & aduocat. verbo clauſula à nu. 26. cum ſeq. Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib.3. cap.22. §.4. à num.39.*

2 Clauſula hæc, vt ſcilicet nõ audiatur debitor priuſquam deponat in iudicio certam pecuniæ quantitatem, pleniſſimè in Senatu Regni Luſitaniæ, & alijs iudicijs obſeruatur vt teſtantur *Gama deciſ.369. Valaſc. conſult. 85. n.6. & conſult.173. nu.4. D. Barboſa in l. alia, §. eleganter, nu.47. ff. ſoluto matr. Thom. Valaſc. tom.1. allegationum iuris allegat.100. n.1.* vbi limitat quando contractus principalis eſſet nullus, quia tunc ſi ageretur de illius nullitate clauſula depoſitaria non eſt licita. Nunc vero per pragmaticã à Rege Philippo III. conſtitutum eſt ne in poſterum à tabellionibus ſub pœna amiſſionis officij huiuſmodi clauſula depoſitaria in contractibus apponatur, niſi ſit intra quantitatem receptæ pecuniæ, ſuper qua audientia poſtulatur. Hæc pro illius Regni quotidiana praxi & ſtylo vtiliſsima ſunt, cuius memoria in hac Romana Curia à nobis ſemper erit recolenda, & magnis deſiderijs amplectenda, patria enim gratiſsima & chariſſima eſt, iuxta illud Ouidij quem refert *Tiraq. de legibus connub. gloſ.7. n.65.*

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos

Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Naturale enim eſt vt vnuſquiſque natale diligat, & nihil dulcius habeat quam patriam *l. qui habeat* & ibi *gloſſa ff. de legatis* 3. *Caſſan. in catalogo gloriæ mundi p.12. conſid.17. Fray Diego de Murillo de las excellencias de Zaragoça tract. 2. cap. 1. à princ. Auiles ad cap. 1. Prætorum verbo tierra, n.13. fol.45. verſo.* Illi enim plurimum debemus *Azeuedo l.30. à n.4. tit.6. lib 3. nouæ recopil. Menoch. conſ.161. n.39. Ced. ad decretum collect.20. nu.4.* Vnde dicitur patria quaſi nobis parans tria. Primò neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem, videlicet alimenta. Secundò neceſſaria ad conſeruationem humani generis; nam in patria homines naſcuntur, creſcunt & multiplicantur, quæ conſeruant humanum genus. Tertiò parat nobis neceſſaria ad inſtructionem & educationem vitæ moralis videlicet, rectores, doctores, & iudices, per quos moribus informamur, & vitijs refrænamur; vt ex *Alber. refert Rebuff. in Auth. habita*, C. *ne filius* pro patre, verbo quis enim eorum *pag. mihi* 595. Si tamen expectata noſtrorum laborum præmia non defecerint, quæ in ſtudia animum, & ad ſcribendum augent voluntatem, hanc communem patriam libenter amplectemur, quia omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor.

CLAVSVLA CXIV. Derogatoria.

1 MAteria huius clauſulæ ſedet in *l. ſi quis in princ. ff. de legatis* 3. & de eius vi & effectibus vide *Cou. in rub. de teſtam. p.2. à n.19. Celſ. Hugon. in tract. de clauſul. pag.476 Clar. recept. ſentent. lib.3. §. teſtamentum q.99. Anton. Gomez l.3. Tauri, n.92. cum ſeqq. Tiraq. de iure mariti gloſ.7. n.66.* Menoch. *de præſumpt. lib.4. q. 166. Cardin. Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib.12. cap.6. n.8. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſ.36. n.3. Steph. Gratian. diſcept. forenſium, c.48. n.21. cum ſeq. Ceuall. communium contra communes q. 211. Farin. nouiſſ. Rotæ deciſ. 642. n.9. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.1. lit.* C. *concl. 346.* D. *Marta de clauſulis p.4. clauſula 14. Rendina in promptuario recept. ſentent. tom.1. tit.16. n.10.*

2 Generalis derogatio tollit particulares conſuetudines, & par-

particularia ſtatuta *Cardin. Tuſch. d. concl.* 346. *n.* 7. Et non extenditur hæc clauſula ad ea quibus Princeps veroſimiliter non fuiſſet derogatus *Mari. Anton. variarum reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 46. *num.* 10.

3 Hæc clauſula tunc demum operatur ſuum effectum, quando appoſita fuit de voluntate teſtatoris ſcientis ipſius clauſulæ vim, vt probat text. in *d. l. ſi quis in princ. verſ. ſciens*, reſoluit *Menoch. conſ.* 170. *n.* 22.

4 Iuramentum habet in ſe clauſulam derogatoriam, itaut ſecundum teſtamentum iuratum reuocet primum, in quo adeſt clauſula reuocatoria ſecundi, licet in ſecundo non fiat mentio dicti primi teſtamenti. *Clar. d. q.* 99. *n.* 10. *Tiraq. d. gloſ.* 7. *n.* 153. *Gomez d. l.* 3. *Tauri nu.* 96. *Menoch. d. q.* 166. *n.* 35. *Gutier. de iuram. confirm. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 7. *Ceuall. d. q.* 211. *n.* 1.

5 Teſtamentum primum vbi continet clauſulam derogatoriã non tollitur per ſecundum, niſi in ſpecie fiat mentio illius primi teſtamenti *Cou. in rub. de teſtam. p.* 2. *n.* 19. *Clar. d. q.* 99. *n.* 4. *Gomez d. l.* 3. *Tauri n.* 93. *Menoch. d. q.* 166. *n.* 10. *& conſ.* 170. *num.* 2. *Card. Tuſch. d. concl.* 346. *nu.* 12.

Si tamen tranſacti ſint decem anni poſt primum conditum habens clauſulam derogatoriam, cenſetur tacite per ſecundum reuocatum, quia per illud tempus clauſulæ inducitur obliuio *Cou. d. p.* 2. *n.* 20. *verſ. nonò*. *Vincent. de Franch. deciſ.* 287. *n.* 1. *Tiraq. de præſcript. gloſ.* 4. *in fine*. *Clar.* §. *teſtamentum q.* 91. *nu.* 3. *& q.* 99. *n.* 9. *Menoch. de arbitrar. caſu* 276. *nu.* 27. *& de præſumpt. lib.* 4. *q.* 166. *n.* 44. *& conſ.* 45. *n.* 41. *& conſil.* 176. *n.* 7. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1122. *num.* 4. *& concluſ.* 1136. *n.* 20.

6 Deinde teſtamentum vbi teſtator appoſuit clauſulã, quod promittebat illud non reuocare, & ſi illud reuocaret talis reuocatio non valeret in ſecundo teſtamento facta, niſi in illo certa verba apponantur, veluti niſi in eo ſcribantur articuli Fidei, aut oratio dominica, tunc non rumpitur per ſecundum ſeu aliud vltimũ, niſi verba illa in eo vltimo ſint inſerta, aut ſit expreſſa mentio facta de illa clauſula derogatoria, quia mentio generalis non ſufficit. *Burſat. conſ.* 47. *num.* 1. *vol.* 1. *Cou. d. p.* 2. *n.* 59. *verſ. ſecundum Craſſ. verbo teſtamentum q.* 89. *Menoch. d. q.* 166. *num.* 13. *P. Molina de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 153.

verſ.

verſ.Porro. Cardoſo in praxi iudicum verbo teſtamentum n. 69.

CLAVSVLA CXV. Executiua.

1 Dicuntur clauſulæ executiuæ, quæ incipiunt à clauſula, de quibus, &c. vel à clauſula, quæ omnia, &c. quæ ſolent à notarijs apponi poſt perfectum contractum, vt docent D. *Marta de clauſulis p.4. clauſula* 20. *n.* 1. *Ioſeph. de Seſſe Aragoniæ deciſ.* 24 *num.* 5.

2 Non ampliant, nec alterãt, nec mutant principalem diſpoſitionem. *Clem.* 1. *de præbendis* vbi *Doctores. Couar. in rub. de teſtamentis p.* 2. *num.* 13. *verſ. Tertia concluſio.* Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 42. *&* 49. *cum ſeq.* plures refert Doctores *P. Sanch. de matrim. lib.* 6. *diſp.* 29. *nu.* 9. quibus adde *Menoch. conſ.* 84. *nu.* 45 *Surd. deciſ.* 43. *nu.* 18. *& conſ.* 45. *num.* 24. *Vincen. de Franchis deciſ.* 213. *n.* 53. *Peregr. vari. lib.* 5. *tit. de pactis & conuent. nu.* 182. D. *Marta d. clauſ.* 20. *n.* 2. *Alex. Trentaſinq. vari. lib.* 1. *tit. de reſcript. reſolut.* 8. *n.* 2. *Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. par.* 4. *collect.* 786. *Garcia Gironda de priuilegior. ſeu exception. explicat. n.* 143. *Ioſeph de Seſſe Aragoniæ deciſ.* 24. *nu.* 3. vbi *nu.* 6. quod declarant diſpoſitionem.

